TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1427**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Attinis
pr. Jos.
Logica
1766.

1427

[illegible] [illegible]

PHILOSOPHIÆ
PARS PRIMA
SIVE
LOGICA

A R. D. D. JOSEPH ATIMIS

CONCINNATA

ET AB EODEM

DICTATA

IN PUBLICO URBINI SEMINARIO

ANNO

MDCCLXVI

[illegible]

[illegible]

PHILOSOPHIÆ
PARS PRIMA
SIVE
LOGICA minor, et major

A R.D.D. JOSEPH ATIMIS

CONCINNATA

ET AB EODEM

DICTATA

IN PUBLICO UTINI SEMINARIO

ANNO

MDCCLXVI

et a Joanne Josepho Beltrame scripta

In Theologiam Prolegomenon

Cum cursus cœperem, cum demandatæ mihi tradendæ vobis Theologicæ disciplinæ provinciam suscipere deberem, Adolescentes Optimi, venit in mentem quod acceperam a S. Basilio serm. de legendis libris gentilium. Refert ergo S. Pater Chium Sophistam Prodicum alicubi in suis scriptis dixisse ad Herculem juvenem utram viam, illamne, quæ per labores ad virtutem ducit, an alteram facillimam carperet deliberantem mulieres duas accessisse eas autem esse virtutem, et vitium, et ipsas tacentes discrimen, quod inter se intererat, habitu ipso confestim declarasse. Unam quidem a comendi arte pulchritudines comparandæ causa exornari et deliciis effluere, omneque voluptatis examen secum copulatim ducere. isthæc ostendere et plura his adhuc pollicentem conari Herculem ad se trahere. alteram vero macram, et squalidam esse, et habere oculos intentos, et talia alius generis proferre polliceri nihil remissum, nihil jucundum; sed per multos sudores, laboresque, ac pericula tota terra, marique subeunda. præmium autem horum esse, Deum fieri. Denique hanc ipsam Herculem vel monitorem secutum esse. Hæc ibi; quæ addidere animos, et persuaserunt ut iter in arduum aggrederer, haud refugerem laborem, et munus ferrem præcepti memor, Sapientiam Ecclesiastici 24, vers 31 [illegible]. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Illud autem vos initio moneo vos, quid rectum in Theologicis rebus pertractandis dictum a me fuerit, tribuendum esse Patri luminum a quo omne bonum: si quid autem minus recti, humanæ infirmitati, ac paratissimum fore erronea judicia veritate detecta revocare aut etiam damnare

Caput I
De notionibus et principiis quibusdam Theologiae Candidato necessariis.

Antequam ad locos Theologicos accedamus, qui sunt veluti sedes quaedam, et domicilia argumentorum, e quibus Theologi momenta depromunt ad propositiones suas firmandas, refutandasque contrarias, necessarium puto prima quaedam notiones, ac principia, quae ignorari a Theologo nullo modo debent, praemittere. Sit itaque

Articulus I
De Theologiae definitione.

Theologia habita graecae vocis ratione est sermo de Deo. Namque graeca lingua Deum dicimus ton Theon, sermonem vero ton logon. Triplici autem ratione modo vox ea accipitur. Primo quidem latiori significatione pro omni oratione de Deo sive per scientiam, ac disputationem instituta, sive fabulis, Poetarumve figmentis occulta, sive sacra, sive superstitiosa, ac profana. Sic veteres quidam Poetae Theologi dicebantur, quod de rebus ad Theologiam spectantibus scriberent. Sic Platonis de Deo disputationem vocavit Theologiam S. Augustinus de civitate Dei lib. 8. cap. 1

Secundo strictiori significatione a SS. Patribus usurpatum docente e.g. Dionysio epist. 14, et Gregorio Nazianzeno oratione [illegible] naturam, seu eam doctrinae sacrae partem quae circa divinitatem versatur. Ita S. Joannes Evangelista, apud Graecos vulgo Theologus nuncupatur, quia prae ceteris Verbi divinitatem apertissime luculentissime que exposuerit. Sic etiam Theologi nomen Gregorio Nazianzeno pariter tributum est, quod eam adversus Arianos strenue defenderit.

Tertio tandem Theologiae nomine sumitur pro [illegible], a ue.

ex principiis revelatis conclusiones tam de Deo quam de iis, quae ad Deum quomodo spectant, elicit. Atque haec est Theologiae, quam accuratius accurata definitio. Ex qua perspicuum est, qua ratione a methaphisica, et fide secernatur. Primo enim differt a Metaphysica, quod haec Deum contempletur ut natura duce cognosci potest; Theologia vero Deum attingat, ut revelatione innotescit. Secundo in hoc a fide differt, quod fides veritati a Deo revelatae simpliciter assentiatur, et non vagetur; Theologia autem hos limites praetervecta ex principiis revelatis operationibus colligat quaecunque eidem fidei tum exponendae, et illustrandae, tum firmandae ac vindicandae inserviunt. Est enim haec scientia ut ait S. Augustinus lib. 14 de Trinit. cap. 1, qua fides saluberrima, quae ad beatitudinem veram ducit, gignitur, nutritur, defenditur ac roboratur. Inde vulgatum illud in scholis pronuntiatum, fidem revelatione immediate inniti, Theologiam vero mediante et interveniente ratione.

Articulus II

De Theologiae divisione.

Multiplex institui potest Theologiae divisio. Primo enim ratione subjecti dividitur in eam, quae est comprehensorum seu Beatorum in Coelis, qua hi lumine gloriae perfusi clare, ac intuitive, et ut loquitur D. Paulus 1 Corint. 13. v. 12 non per speculum in aenigmate, sed facie ad faciem vident Deum sicuti est; et in alteram, quae est viatorum, seu hominum in terris degentium. Qui si gentiles sint, gentilium; si haeretici haereticorum; si catholici, catholicorum Theologia dici poterit.

Secundo dividi ratione objecti potest in naturalem, et supernaturalem. Naturalis de Deo disserit, natura una duce, ac pertinet ad Theologiam, seu metaphysicam, quae singularum rerum rationes creatarum ac supernaturalium inquirit essentiam; supernaturalis vero revelatione Dei, ac fidem sequens divina attingit; quae nonnullis divinitus illustratur omnino.

qualem habere inter alios Aristoteli, qui Spiritu S. repleti coeperunt lo-
qui magnalia Dei. Atque hinc habes discrimen inter infusã, et acqui-
sitã Theologiã.

Dividi 3o pt ratione modi, quo dnã pertractat in positivã, et Scholasticã. Positiva nuncupatur, quae in probandis, illustrandis ac vindicandis fidei Scripturarũ, Conciliorũ, Patrũ et historiae auctoritate aut unice, aut potissimum versatur, idque praestat stilo oratorio ac [illegible], qualis ẽ Theologia SS. Patrum, ac positivam dici putant, quod sua principia supponat, et quae jam posita sunt, et constituta usurpet. Scholastica ẽ, quae dialecticae artis ope, subtilibus ratiociniis, presso stilo et certa methodo utitur quibus de rebus disserat: atque haec apud nos a XII sec. principibus Petro Lombardo, vulgo sententiarũ Magistro, Divo Thoma, aliisque in Scholis obtinet.

Demum ratione argumentorũ, quae Theologo pertractanda sunt, Theologiã dividere possumus in Polemicã, Dogmaticã et Adiaphora. Polemica est bellatrix ea, quae in dirimendis controversiis inter fideles, et Heterodoxos tota sita ẽ. Dogmaticã, auctoritas [illegible] appellat eam quae [illegible] placita, sententiasque ad trutinam revocet, quippe dogma idem ẽ, ac scitum, et decretum; etiamsi polemicas inter sermonis usus, et consuetudo dogmaticas indiscriminatim denominet. Adiaphora vo idem [illegible] dicit illam, quae aliqua fidei minime, citra que periculo erroris causa inter doctores exagitatur. Quod si partiri Theologiã velit in theoreticã, et practicã [illegible] quidã licebit, verũ divisio haec non a ratione et modo argumentorũ pertractandorum sed a Theologiae objecto potius desumenda erit.

Articulus III.

De tribus Theologiae proprietatibus necessitate, utilitate, et dignitate.

Theologiæ proprietates plures enumerat Carolus Vitasse qu. de Sacra Theologia ar. 4. Sed sufficiat quadam singillatim dicere de tribus præcipuis necessitate, certitudine, et dignitate. Antequam autem de necessitate Theologiæ agamus adnotanda nonnulla sunt.

Animadvertendum ergo est primo Theologiam hic dupliciter spectari posse, nimirum per se seu quoad substantiam, et ratione modi, quo traditur. Theologia per se, et quoad substantiam considerata est scientia, quæ ex fidei principiis varias elicit conclusiones, quacunque tandem ratione id præstet. Theologia ratione modi, quo hactenus tradita est, aut positiva est aut scholastica quarum hæc ad convincendum, altera ad movendum sum aptior est. Non agitatur autem hic quæstio de necessitate fidei supernaturalis ad salutem: suo enim proprio loco versanda est, ubi de fide disserendum erit. Quæritur hic duntaxat, num necessaria sit Theologia vel quoad substantiam spectata, vel quoad modum, quo solet in scholis tradi

Animadvertendum 2do est, non uno, sed multiplici sensu rem aliquam dici, et esse necessariam. Aliud enim est necessarium absolute, et simpliciter, quod non esse nullo modo potest: quo sensu solus Deus est necessarius; aliud est necessarium hypothetice, seu facta aliqua hypothesi et suppositione, ut est illud si vis ad vitam ingredi, serva mandata

Rursus quod necessarium est ex hypothesi vel tale est simpliciter, et absolute, sine quo finis propositus obtineri non potest, quomodo mandatorum observatio iis omnibus qui rationis compotes sunt, necessaria est ad consequendam æternam salutem. vel vero tale est idem quod, ut aiunt, ex parte quod ad consequendum facilius finem plurimum conducit, quo sensu consiliorum Evangelicorum executio necessaria dici potest ad obtinendum regnum Cælorum. item inter illas, quæ necessaria dicuntur simpliciter et absolute, quamquam ex hypothesi aliis

sunt necessaria necessitate medii, quemadmodum baptismus re aut voto susceptus ad celestem vitam consequendam. alia vero necessaria dicuntur necessitate praecepti: ita confessio peccatorum facta approbato sacerdoti ad peccatorum veniam consequendam necessaria est.

Animadvertendum est tertio, quum hic queritur, an Theologia sit necessaria, vel universam spectari ipsius speciem, vel singulos seorsim homines. Sunt enim quaedam toti speciei necessaria, non autem singulis individuis. Matrimonium e.g. necessarium quidem est nostrae speciei ad illius conservationem, et propagationem, non vero singulis propriis hominibus. E contra Baptismatis sacramentum non modo speciei humanae universim, sed etiam singulis hominibus necessarium est ad salutem.

Theologiae necessitatem etiam quoad substantiam spectatae impugnant quotquot physici supernaturalis necessitatem conantur subvertere quales sunt Sociniani. Utilitatem vero Theologiae Scholasticae inficiantur Novatores, Lutherani, et Calviniani, qui omnem Philosophiae usum a sacra doctrina removendum esse clamant, et in Scholasticam Theologiam impotenter insurgere debacchantur, quasi illa non sit fidei, et pietatis administra, sed rixarum, et contentionum parens. At in eo illi non tam veritatis studio, quam sui amore ducuntur. Non enim alia de caussa Scholasticam Theologiam nostram proscribunt, quam quod sibi infensam illam admodum experti sint, quum eorum errores revincat, fraudes detegat et frangat impressiones. Etenim quod stupuerant, ipsimet ultro modum urgeant. Ita non est, quot Dialecticae telis, quot philosophiae cavillationibus pugnent, ut suam astruant impietatem. Hos duces sequitur Cornelius Jansenius in deprimenda hac Theologia lib. proemiali cap. 28, et lib. de haeresi Pelagiana cap. 23. Sit itaque,

Prima Conclusio

Sacra doctrina, seu Theologia sua substantia spectata toti Ecclesiae simpliciter necessaria est, etsi non singulis fidelibus.

Ostenditur pars prior. Quae disciplina requiritur ad gignendam fidem, ea est toti Ecclesiae simpliciter necessaria. Apostolus autem ad Rom. 10. v. 13 ait: Quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? = Igitur non gignitur fides sine praedicante. Qui autem praedicantis officio fungitur, non modo mysteria simpliciter exponit sed etiam momentorum pondere firmat; quod praestitit ipse Apostolus 1 Corint. 15. v. 13, ubi probat, futuram mortuorum resurrectionem ex ipsa Christi resurrectione. Si autem, ait, resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit. Possibilem vero mortuorum resurrectionem ostendit exemplo seminis naturalis, quod prius terrae mandatur, ac moritur, et deinde reviviscit. Insipiens, inquit ibidem v. 36, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur. Hoc idem praestitit Christus Dominus, ut inter alia loca Matthaei 22. v. 32. Luc. 11. v. 37 et alibi.

Eadem pars prior probari posset Patrum auctoritate. Verum quid opus est in re tam clara, et certa S.S. Patrum testimonia conquirere? Tot sunt veritatis huius certissima argumenta, quot extant (innumera autem extant) Patrum, et Ecclesiasticorum Scriptorum egregiae, ac invictae in defensionem Religionis et fidei elucubrationes. Sufficiat repetere quod de Theologia dictum est supra ex Augustino, eam scilicet esse scientiam, qua fides saluberrima, quae ad veram beatitudinem ducit, gignitur, nutritur, defenditur, et roboratur

Probatur pars altera, nempe singulis fidelibus absolute necessariam non esse Theologiam. Etsi enim hoc quilibet fidelis noscere habere teneatur, non tamen omnes, et singuli tenentur ex officio eandem exponere, et a perduellium hereticorum fraudibus, ac sophismatis vindicare. Numquid, ait Apostolus 1 Corint. 12. v. 29, omnes Apostoli? numquid omnes Doctores? Quare merito Bellarminus de verbo Dei contra hereticos cap. 14 de unoquoque privato, cui Doctoris munus impositum non sit, fides ea, inquit, te salvum fecit, non exercitatio Scripturarum. Suffragatur et ratio obvia cuilibet cogitanti.

Tamen (dices 1.) contra priorem partem. Deus pollicitus est sanctis, se fore eorum, qui Christo crederent, et novae legi adscriberentur, Doctorem ... universos filios tuos doctos a Domino, seu docibiles Dei, ut ait S. Joannes cap. 6 v. 45 nunc prophetae locum referens et Hieremiae 31. v. 33: dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum dicens: cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. Cum igitur tunc fuerint sui Doctores Theologia non est simpliciter, et absolute necessaria.

At respondendum Deum pollicitum esse eorum fore Doctorem per gratiam, et spiritum Dei, qui effunderetur in omnem carnem, et interiorem cor aperiret intendere iis quae dicerentur, non ... Non ergo excludit qui externe doceant. Praenuntiarunt itaque omnes prophetae gratiam in omnes gentes diffundendam, qua non solum bona doceremur, sed etiam illa nobis suaderentur, Lex enim Mosaica facta erat cognitio peccati, gratia autem, et veritas per Jesum Christum facta est. Externe nec specie tenus erudiebantur Judaei, nunc potentius utique per gratiam Christiani fiunt, Joelis 2. v. 28 effundam spiritum meum super omnem carnem, et 1 Joan. 2. v. 27 unctio ejus docet vos de omnibus. Sine vero non amoventur Doctores

et Pastores, qui extrinsecus loquantur; imo vero Hieremiae 3. v. 15. promittuntur, Dabo, inquit, Pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia, et doctrina.

Dices 2.) Ad salutem aeternam consequendam non aliud requiritur Marci 16. v. 16. quam fides, et baptisma. Qui crediderit, et baptizatus fuerit salvus erit, inquit Christus. Addunt, nullius rei inquisitione nobis opus esse post Evangelium. Tertullianus de praescrip. adv. Haereticos cap. 8 ait. Nobis curiositate opus non est post Christum, neque inquisitione post Evangelium.

R. testimonio Scripturae non evinci abdicandam esse ab Ecclesia tota Theologiam, Pastores, et Doctores. Apud Prophetam Oseae cap. 4. v. 6. Deus de Sacerdote loquens, quia, inquit, repulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et Ap. ad Tim. 3. v. 2. oportet ait Episcopum Doctorem esse. Fidem igitur, et baptisma eis sufficere dicendum est, quibus alii fide, et sacra doctrina imbuendi, erudiendi non sunt. Quod vero spectat ad locum Tertulliani, ajo, inquisitione nobis opus non esse post Evangelium, ut nova fidei capita accipiamus, opus vero Ecclesiae Doctoribus esse inquisitione ea, qua instructi accepta a Christo exponant aliis et adversus novitates haereticorum tueantur. Tertullianus illic agit adversus Haereticos, qui nova fidei dogmata inducebant. Adversus eos id docent, nulla esse fingenda post Christum et eo ipso haereticos ostendit, quod nova doceant. unde post verba mox citata, cum credimus, inquit, nihil desideramus ultra credere. Hoc enim prius credimus, non esse, quod ultra credere debeamus. Itaque Theologi nova dogmata non proferunt, sed vetera illustrant, et contra adversarios defendunt. Ut enim monet Vincentius Lirinensis, nove cum dicis, potest dicere Doctor Catholicus, non nova.

Dices contra eandem partem Ecclesiastici 17. v. 12 singulis hominibus praecipitur, ut curam gerant proximi. Unicuique mandavit de proximo suo atque adeo, ut fidei quoque doctrina se invicem informent

Et 1. Petri epist. cap. 3. v. 15. monemur unusquisque, ut simus parati semper ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de ea quae in nobis est spe. Sacra ergo Theologia necessaria est non modo toti Ecclesiae, sed etiam singulis hominibus.

R. prioris Scripturae ad hunc esse sensum; unicuique mandavit Deus, ut nihil injuste, et inique faciat, quod proximo suo nocere possit, quod nihil, quod ipsi offensionis sit, ac scandalo. Dixit illis, ait sacer contextus, attendite ab omni iniquo, et mandavit illis unicuique de proximo suo. Verba vero Petri non ita accipienda sunt, ac si hunc sacer textus velit omnes Christianos esse Theologos qui norint se fidei dogmata aut docendo, aut respondendo tueri: sed hoc unum exigit ab unoquoque fideli, ut de his, quae ad fidem Christianam spectat, et omnino de iis, quae fidei sunt, interrogantibus ac rationem poscentibus, juxta suum quisque modum respondere, ac satisfacere possit.

Secunda Conclusio

Etsi Theologia ratione seu methodo, qua in scholis traditur, non est toti Ecclesiae necessaria, est tamen longe utilissima.

Prima propositionis pars per se manifesta est. Itaque ut mox dicta Theologia vero spectantium sufficit simpliciter necessariae, ut illa persuadeatur, foveatur, ac defendatur. Atqui Theologia quae positiva dicitur ac sacra sufficit et usque stricta illa scholastica methodo, qua Patres concordando sanctos, aliisque principiis invecta est et nunc viget, sicut manifeste patet ex doctrina illis SS. Patrum quamvis minus consuetam exhibent Theologiae scholasticae rem fidei strenue strenue ac fideliter promoverunt atque adversus haereticos propugnarunt, qui omni arte sanctis suis ac dictis errorum eam everterent conati sunt.

Altera vero conclusionis pars nempe scholasticam Theologiam plurimum utilitatis Ecclesiae afferre, ut necessario amat, novatores volunt sed audacia potius, ac vehementia asseritur quam aucto-

ntate Concilii Constantiensis, quod inter alios Wicleffi errores istud proscri-
bit. universitatis studia et collegia vana gentilitate introducta sunt.
hem consensu, et approbatione Summorum Pontificum, Episcoporum Xhia-
norum etiam Principum, demum Ecclesiae, quae et scholas publicas erigi et in
eis professores sacrae doctrinae institui honoribus privilegiis, ac stipendiis
ad munus illud invitari curavit, ut legere est in trid. sess. 5 de reform. c. prim
Hoc idem ex eo conventum fit, quod vera scholastica Theologia
ea est, quae ad oracula Scripturarum, ad Apostolorum traditiones, ad antiquo-
rum testimonia Patrum accedit pro arguendis erroribus, et veritatibus con-
firmandis aliquem usum Dialecticae, quae nititur quandoque naturali Philosophia
ut sapientes fidei lumine destitutos sibi captivet, et in obsequium veritatis
devincat. Quae demum disserendo non vagatur, ut facere cogebantur antiqui,
modo unum dogma, modo alterum, cum varii errores insurgerent, vindican-
do. Haec est Theologia scholastica idea Laurentio Berti. Qui ergo fiat,
ut ultima ea non sit; est ergo Theologia Scholastica Ecclesiae lumen,
fidei columen Trutina veritatis errorum glades fulmen haeresum par mi-
steriorum, et catholicae doctrinae clavis lydius. Habet enim claram, ac per-
spicuam docendi methodum Dialectica, qua utitur, quam terminos ex-
ponat cum separatione verborum ambiguitate, ac equivocatione; statum quaestio-
nis aperiat, et purgat, ne aliud alio divaricatur; definitiones divisiones statu-
at. argumenta contraria resolvat, ne aliqua remaneat in re veritas
et anxietas circa rem propositam, ac propositum.
Dicunt in Philosophiam, humanamque Sapientiam nobis
libri sacri interdicunt, ergo huic nihil est operis impendendum. Probant ajunt
Ap. ad Coll. 2. v. 8, videte, ait, ne quis vos decipiat per Philosophiam,
et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et
non secundum Christum. Et 1 Corint. 2. v. 4 sermo meus, et praedicatio mea
non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis sed in ostensione spiritu

et virtutis, ut fides vestra sit non in sapientia hominum, sed in virtute Dei. Hinc cum in Nicena synodo Dialectici quidam ut narrat Socrates historiarum lib. 1 cap 8 argumentantes omnia turbarent, ita illos simplex quidam laicus compellavit= Christus, et Apostoli non artem nobis dialecticam, nec inanem versutiam tradiderunt, sed apertam, ac simplicem sententiam, quae fide, bonisque actibus custoditur= Quibus dictis assenserunt omnes, et ipsi Dialectici aequo animo acquieverunt. Ex quibus conflari fit hoc ratiocinium. Theologia Scholastica inspersa est omnia Dialectica sapientia humana. Atqui Apostolus et supra laudatum Concilium censuit esse omnia Dialecticam, sapientiam humanam doctrinae sacrae esse perniciosa, ut patet loca considerantibus. Ergo:

Verum respondeo sacras litteras exigere, Ecclesiae doctorem esse idoneum ad hortandum, docendum, complendum, ad expugnandas versutias sermonum, ac respondendum stultis juxta stultitiam eorum. Monent tantum, ne ac humanae rationum momenta potissimum christianae fidei exigantur, quod nihil miserum magis esset, cum fidei Christianae mysteria supra rationis nostrae captum longius posita sint. Hinc Ecclesiastes 3. v. 22. Altiora te ne quaesieris et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecepit tibi Deus, illa cogita semper et in pluribus operibus ejus ne fueris curiosus. Itaque male detorquent in nos Pauli locum ex epist. ad Coll. Etenim Apostolus admonet ibi Colossenses, ut caveant sibi a pseudo-doctoribus, qui Philosophicis nimirum argumentis praesertim vero platonicis principiis utebantur, quae tunc magna obtinebant in populis auctoritatem, ut eorum fide concuterent, ac doctrinam Christi minus veram ostenderent. Imo adverte per verba ea Philosophiam, et inanem fallaciam, non modo innui Philosophorum acumina verum etiam elaborata Oratorum schemata. Eloquentia apud graecos in deliciis erat qua veri Apostoli carebant, et qua aspernabantur

sed falsi Doctores, ut audientiam aliis sibi conciliarent, nihil intentatum relinquebant, quod illos posset allicere.

Quod attinet ad locum ejusdem Apostoli 1 Corint. 2. v 4; ibi docentur Corinthii, Dei virtute, non autem humana Sapientia se ad fidem veram converti: perinde ac dixisset iis Paullus. Si eloquentiae fuco, et vafrorum vi, atque acumine usi fuissemus, credidisset fortasse quispiam, vos in errorem inductos fuisse, atque dolo, et calliditate in fidem illectos. At nihil tale afferri potest: fides vestra uni tantum veritatis vi, atque virtuti Spiritus Sancti innititur qui luce sua quidem mentes vestras illustravit, igne vero corda succendit. Atque hinc vides idem ferme monitum dari ab Apost. in utroque loco nobis objecto. Non obficit demum Socrates. [illegible] de [illegible] dicens quibusdam Dialecticis, qui licet Scripturarum auctoritatem acciperent, spretis sacris literis, solis paralogismis adstruere conabantur Verbi divinitatem.

Objiciunt 2. Patres. Tertullianus lib. de anima cap. 2 Philos. appellat [illegible], et cap. 3 Patriarchas haereticorum, et cap. 8 ait argumentationes Physicas esse tormenta cruciandae simplicitatis, et suspendendae veritatis. Et De praescriptionibus cap. 7, miserum, inquit, Aristotelem! qui illis (haereticis) Dialecticam instituit artificem struendi, et destruendi, versipellem in sententiis, coactam in conjecturis, duram in argumentis, operariam contentionum, molestam etiam sibi ipsi. D. Aug. disputans contra insaniam Manichaeorum, qui gloriabantur, se initium, finem, et mundi causam adinvenisse ait lib. 1 de actis contra Felicem cap. 10: non legitur in Evangelio Dominum dixisse: mitto vobis Paraclitum, qui vos doceat de cursu solis et lunae; christianos enim facere volebat, non mathematicos. Sufficit autem, ut homines de iis rebus, quantum in schola didicerunt, noverint propter humanos usus. Omitto alios.

Obj. 3. Lactantium declamare adversus Philosophiam, et Dialecticae usum nimium, et impium; non solum rectum, ac sobrium, dicet Christiana Re-

ligio vix nata erat quum duplicis generis adversarios experta e Extrinse-
cus quidem gentiles, qui eam impugnabant; intrinsecus vero haereticos, qui eam
deturpavant, iam vero ad ista perpetranda utrique Philosophia abutebantur. Priores
enim misteria fidei irridebant et nolebant admitti quod cum ratione pugna-
re illis videretur. posteriores vero e Platone, et Aristotele, Stoicis et Academi-
cis toti suspensi Philosophia vana placita, ac commenta Religioni nostrae accomo-
dantes, et miscentes Christianismum stoicum, platonicum, et dialecticum in-
duxerant. His vetustioribus haereticis successere 4 seculo Ariani, qui e Peri-
pateticorum officina innumeras adversus Verbi divini aeternam generationem,
et ipsius cum Patre consubstantialitatem cavillationes nectebant. Hinc tot
veterum de nimio isto Philosophiae, et sacrilego dialecticae usu querellae. At in-
terim rectum Philosophiae usum numquam improbarunt, quum nempe ita ad-
hibetur, ut fidei non noceat, sed eam sequatur, ut non dominetur tam-
quam magistra, sed inserviat, ut famula in objecto, de quo divini testimo-
nio nondum divinitus immovemus. Ita e Pater dure reprehendit, fili e
Patricium, quum nihil pertineat ad Christianos istud, de qua cum haeretico
disputat de mathematicum, et siderum cursum metiri.

Dividunt 3. Ratione Argumentorum tria sunt genera. Primum
quod dicitur demonstratio, alterum probabilium dialecticae, ac probabile,
tertium ad decipiendum, id est sophisma. Prout ex his nullum in divinis
verum explicationis afferre potest utilitatem. Debet ergo Theologus omnium ar-
gumentorum genera deponere, et argumentationibus scholasticis nuntium
mittere. Minor probatur. Demonstratio propositiones exigit conformes, et cer-
tas, quae sint conclusione notiores, et aut vel inductione, vel sensibus,
vel experientia reddantur manifestae. Quarum nulla in fidei dogmati-
bus potest occurrere. Pessimus vero ac ordinariis et vero similibus pro-
cedens ad veritatis inquisitionem valde est imbecillis. Postremum, sophisma,
et fallax argumentatio maxime vitanda videntur, et veritatem minuunt ambagi;

sus occultat potius quam retegit. Unde elegenter Prudentius cecinit.

Idcirco mundi stulta elegit Deus, et concidant sophisticae. Initer nulla argumentorum species arrosa Dialecticae mutuatorum cum Theologiae disciplinis videtur miscenda. Ita contra Scholasticos graecus nescio quis irasatur.

Rx negando minorem. Ad prob. dico, veram demonstrationem exigere quidem principia quae conclusione sint notiora, sed minime opus esse, ut haec notitia manifesta sit sensu, atque experimento: nam ad scientiam per demonstrationem comparandam sat est, si principia nota sint lumine superioris scientiae, quemadmodum prospectiva procedit ex principiis notis per Geometriam, et musica ex principiis notis per Aritmeticam. Ait D. Thomas. Porro Scholasticae Theologiae principia fide, ac revelatione nota sunt, ideoque demonstrationes possunt inde deduci. Argumenta vero probabilia proferuntur a Theologis vel ad solam veritatis ampliorem confirmationem, vel ad probandum ea, quae licet salva fide possimus ignorare, ut[illegible] tamen discutiuntur in scholis catholicis. Ponitima demum est sophisticorum.

Insurgunt adversarii et ajunt primo Theologiam scholasticam nihil boni habere, sed totam barbaram esse. Quis enim [illegible] valent monstra illa vocabulorum entitas, quidditas, quod opus operatum formaliter, materialiter, [illegible] aliaque id genus, quibus Scholastici Theologiae nitore, nec est expoliatam secundo Scholasticos opus, ac tempus terere plerumque in pluribus metaphysicis quaestionibus agitandis, quae apud [illegible] patres [illegible] penitus inauditae, ac jure inutiles, ac ridiculae haberi debent.

[illegible] nimium eloquentiae non est a theologis postulandum quam ne in [illegible] quidem ipsis [illegible] olim flagitabat [illegible] itenim quod [illegible] theologos [illegible] in verbis spiritu et sententiarum [illegible] [illegible] [illegible] barbariem [illegible]

audiant, Aug. enarratione in psalmum 36. Non timemus ferulas grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam, et certiorem perveniamus; et id ipsum hic doctrinae christianae cap. 11. bonorum ingeniorum insignis est indoles in verbis verum amare, non verba. Quod si res ita foret, ut exaggerat objectio, id vitium foret dicentium, non ipsius disciplinae. nam non pauci extant theologi qui diserte simul, et accurate scripserint.

Ad idem dicere hanum quoque quaestionum multas afferre theologo utilitatem, quia ingenium acuunt, et ad Polemicam exercitationem juvenes reddunt instructiores. Sed si quae a Scholasticis quibusdam instituuntur inutiles, et ridiculae, [illegible] eas [illegible] fateor. [illegible] ac studio vitandas a [illegible] theologo; quod si qui aliter [illegible], id ingenio [illegible].

Atque haec dixisse sufficiat in patrocinium Scholasticae illud enim dicendum quod qui Scholasticam amant alias [illegible] [illegible] aut fere in tempus inutili revolvendis [illegible], atque [illegible] [illegible], et [illegible] quam [illegible] dedit doctores magis quam scholasticos.

Articulus IV. De Theologica certitudine

Cum Theologia ex una parte ratiocinatur instar vulgarium scientiarum, ex alia vero innititur fidei suo modo innititur revelatione atque adeo cum ambabus quandam habeat [illegible], ipsius certitudo cum [illegible] [illegible]. [illegible] habeant magnam theologiam tantum [illegible] [illegible] sive in propositis examinabimus [illegible] theologia certitudine praestet aliis scientias, seu facultates [illegible] hac [illegible].

[illegible] triplicem certitudinem vulgo distinguimus objecti, subjecti et motivi. Certitudo objecti est [illegible]

[illegible]atur immobilitas ac necessitas, quæ quandoque absoluta è qualis è Dei aliquando hipothetica, et conditionata ita ex hipotesi, quod hoc sit necesse cum aâ, et corpore [illegible]

Certitudo motivi è connexio intelligibilis e necessaria [illegible] cognita quod efficit et excludatur falsitatis periculum, [illegible] saltem deliberata.

Certitudo subjecti è firma adhæsio mentis alicui objecto seu propositioni [illegible] duplex [illegible] altera legitima quæ ex ea [illegible] motivi cognoscitur [illegible]: qualis è in catholicis circa ea, quæ [illegible] proponuntur; altera illegitima quæ sive ex [illegible] [illegible] opinionibus, sive ex affectu oritur: qualis è in hæreticis, qui plerumque non minus tenaciter adhærent errori, quam Catholici veritati. Atque hæc certitudo subjecti, sola è certitudo [illegible] [illegible] [illegible] certitudo è nihil aliud è nisi quædam [illegible] [illegible] [illegible], qua rei propositæ, aut cognitæ sine ulla [illegible] [illegible] [illegible] certitudo objecti, ac motivi non tam certitudo è, quam certitudinis fundamentum.

Secundo Conclusionem Theologicam hic eam dico quælibet [illegible] et [illegible] sit, [illegible] [illegible] et immediate revelata [illegible] revelatum [illegible] est, quamvis ratione etiam deduci nequeat ex aliis fidei [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] illa [illegible] [illegible] [illegible] fidei caput, [illegible] [illegible] dogmatibus, [illegible] [illegible] et auctoritatis. Jam

Conclusio Prima

Theologia plus habet certitudinis,

quam quæcumque [illegible] et [illegible] [illegible].

Probatur Theologia [illegible] revelatis fidei [illegible] [illegible] [illegible] conclusiones certissimas [illegible] religionis dogmata [illegible]

ad moram disciplinã pertinentes; at in aliis disciplinis pleraque incerta sunt, et intra opinionis limites continentur

Conclusio secunda

Theologia non modo plus habet certitudinis, quam quaecunque facultates naturales.

sed certitudinem habet etiam ordinis superioris

Ostenditur: certitudo ordinem suum, seu dignitatem sumit a causa, seu motivo assensus. At theologia nobilius est et certiori ... quam caeterae disciplinae: illa enim revelatione innititur, haec ratione. Porro revelatio superioris est ordinis quam ratio, cum supernaturalis sit, et haec contra rationalis. Ergo ut fides dicitur esse longe nobilioris ordinis, quam aliae ... facultates errori obnoxiae, sic theologia quae ad fidem quadammodo accedit, certitudinem habet ordinis plane praestantioris.

An autem fides et theologica conclusio majoris sit certitudinis, quam alia quaevis particularis et naturalis notitia, cujusmodi sunt generalia illa effata ac veluti principia prima huic cognitioni imposita, ... idem simul esse, et non esse: totum qualibet sua parte majus esse, et communes illae, et innatae, aut quasi innatae notiones ... aut matheseos axiomata, quae sunt eadem uni tertio, sunt ... inter se, ... aequalia ... aequalibus ... ; aut denique facta quaedam in historiis ... et ... notissima ... Magnum, aut ... orbem nomine Romam ... fides et theologica conclusio ... his ac similibus certiores sint, longe difficilior est quaestio. interim juvabit ... sententiam communiorem ... certitudinem fidei et theologiae ... quavis ... scientia esse majorem ...

divinas revelationes, seu prima veritate revelante, quae Deus e, altera vero in hna ratione. At Deus, inquiunt, longe minus falli pt, quam hna ratio. Sententia vero, quae apud Recentiores maxime obtinet, fere itaque contendit, majorem non esse hanc certitudinem, idque pluribus de causis.

Prima est, quod nulla possit esse major certitudo, quam generatim illam propositionem, id est non pt simul esse, et non esse, aut aliam hujus generis, quam, inquiunt, vel mediocriter attento, paucum dubitare tentabit. Non est pt ulli alteri ... propositioni fidei, aut Theologiae firmius adhaerere.

Secunda est, quod Deus sit auctor rationis non minus, quam revelationis; itaque si revelatio falsum ratere nequit, ne error subrui possit Deo, ipsius auctori, eadem de causa, nec subesse pt rationi. Nempe vel illae in se spectantur, vel in Deo utriusque fonte: si in se ipse, scilicet tum ratio, tum revelatio in eo aequales sunt, quod ad certam veritatis notitiam a Deo datae sint hominibus. Si in fonte, et auctore, utriusque pars, et auctor Deus unus, idemque est; ergo si errori obnoxia esse non pt revelatio, utpote a Deo profecta non minus ab omni erroris periculo immunem esse debet ratio, quae a Deo itidem, et apud omnes medii itata certitudinis.

Tertia est, quod assensus fidei nititur praevio ipsius rationis judicio. Quamvis enim, ut ait Apostolus, in his quae fidei sunt, captivandus sit, et in servitutem redigendus intellectus in obsequium Christi, attamen, ut fidem loquitur, rationabile obsequium hoc subeat et necesse est. finem ipsius ea quam fidelem ita voluit Deus, ut ratio ipsa [illegible] revelationes, et ipsi credendum esse demonstraret. [illegible] humanam habemus Deo revelanti fidem [illegible] enim [illegible] non haberemus [illegible]

ad morum disciplinam pertinentes; at in aliis disciplinis pleraque in certa sunt et intra opinionum limites continentur

Conclusio secunda

Theologia non modo plus habet certitudinis, quam quaecunque facultates naturales, sed certitudinem habet etiam ordinis superioris.

Attenditur certitudo ordinem suum, seu dignitatem suam ex [illegible] et [illegible], seu motivo [illegible]. At theologia nobilius est [illegible] motivum quam ceterae disciplinae; illa enim revelatione innititur, haec vero ratione. Porro revelatio superioris est ordinis quam ratio; illa supernaturalis est, haec contra naturalis. Ergo ut fides dicitur certior longe nobilioris ordinis, quam aliae quaecunque facultates errori obnoxiae, sic theologia quae ad fidem quodammodo accedit, certitudinem habet ordinis plane praestantioris.

An autem fides et theologica conclusio majoris sit certitudinis, quam alia quaevis particularis et naturalis notitia, cujusmodi sunt generalia illa effata ac veluti principia prima humanae cognitionis: impossibile est idem simul esse, et non esse; totum qualibet sua parte majus est; communes illae, et innatae, aut quasi innatae notiones [illegible] aut matheseos axiomata: quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se; si aequalia aequalibus [illegible] [illegible] [illegible]; aut denique facta quaedam in historiis notissima, et singulis [illegible], e.g. [illegible] Alexandrum Magnum, aut Caesarem aut [illegible] [illegible] urbem [illegible] nomine Romam [illegible], [illegible], fides et theologica conclusiones his ac similibus certiores sint, sequenti disputatione quaestio. Interim juvabit [illegible] monere sententiam communiorem antiquorum [illegible] [illegible] certitudinem [illegible] et [illegible] quavis peculiari alia [illegible] scientia esse majorem [illegible] [illegible] in

Divina revelatione, seu prima veritate revelante, quae Deus est, altera vero in sola ratione. At Deus, inquiunt, longe minus falli pt, quam sola ratio. Sententia vero, quae apud Recentiores maxime obtinet, certe veritatis contendit, majorem non esse hanc certitudinem, idque tribus de causis.

Prima est, quod nulla possit esse major certitudo, quam generatim illam propositionem, idem non pt simul esse, et non esse, aut aliam ejus generis, quod, inquiunt, cuivis vel mediocriter attento, haud dubie constabit. Non est pt autem alteri cuipiam propositioni fidei, aut Theologiae firmius adhaerere . . .

Secunda est quod Deus sit auctor rationis non minus, quam revelationis. Itaque si revelationi falsum subesse nequit, ne error subesse possit Deo, ipsius auctori, eadem de causa, nec subesse pt rationi. Semper vel illae inter se spectantur, vel in Deo utriusque fonte: si inter se, scilicet tum ratio, tum revelatio in eo aequales sunt, quod ad certam veritatis notitiam a Deo datae sint hominibus. Si in fonte, et auctore, utriusque fons, et auctor Deus unus, idemque est. Ergo si errori obnoxia esse non pt revelatio, utpote a Deo profecta non minus ab omni erroris periculo immunis esse debet ratio, quae adest summa, et apud omnes indubitata evidentia.

Tertia est, quod assensus fidei nitatur praevio ipsius rationis judicio. Quamvis est, ut ait Apostolus, in his quae fidei sunt, captivandus sit, et in servitutem redigendus intellectus in obsequium Christi; attamen, ut idem loquitur, rationabile est obsequium hoc. Sciebat enim necesse esse hominem prius esse, quam fidelem, ita voluit Deus, ut ratio ipsa nos ad revelationem, et ipsi credendum esse demonstraret. Quae de causa etsi summam habemus Deo revelanti fidem, quia nemo nimis [illegible] necessariam, enim necessariam non haberemus deinde esse veritatem,

imo et sapientissimum, ita ut nec ipse errare nec alios in errorem conjicere possit profecto aut nullam, aut exiguam ei fidem haberemus et revelationibus ejus. Similiter, quare credimus Christo, quia nempe ex veterum Prophetarum oraculis et ipsius, Apostolorumque miraculis ratio, ita evincit, cum a Deo missum fuisse ad veram religionem docendam. Quam obrem Christianae religioni tam firmiter ac[q]uiescimus, quia ratio nobis manifeste probat eam totam esse divinam. Fundatur ergo fidei judicium in praevio quodam rationis judicio. Atque religionis Christianae veritas, et origo, atque auctoritas plane divina ita clara est, nihil ut evidentius demonstrari queat. Quae cum ita sint et certitudo fidei in rationis certitudine fundetur, quomodo fieri potest, ut haec major altera esse jure censeatur? Neque enim fundamento firmius esse potest ipsum, quod superstruitur. Hi quidem sic.

Accipite nunc alterius sententiae momenta aut potius responsionem eorum, qui veteres Theologos tuentur docentes fidei certitudinem qualibet alia majorem. Ajunt ergo rationem non esse necessariam fidei sed satis esse internum ei sensum, qui eam persuadeat. Esse enim innumeros Christianos qui firmissima fide polleant sine ulla praevia hujusmodi ratiocinationum, et argumentationum ope, quorum plurimi ne pertingere quidem ista norunt. Addunt, etsi ratio praevia concedatur fidem sequi, hoc tamen ita contingit, ut quum ratio demonstraverit, factam esse revelationem divinam alicujus veritatis, ea deinde credenda, jam non propter rationem ipsa creditur, sed propter Dei revelantis auctoritatem. Quo igitur major sit Dei vere auctoritas quam rationis quantumlibet evidentis, major et fidei quam rationis quantumlibet manifestissimae certitudo. Neque tamen contendunt illi rationem. rationem quidem inservire fidei ad eos praeparando, aut certiores eos faciendo ad removendos obices, sed

non ea necessam, aut aequalem, vel mensuram certitudinis fidei eoque magis quod fides sit opus gratiae et Spiritus, assensus vero qui innititur evidentiis et naturalibus, sit opus naturae. Hic vocis momenta in utramque partem. Mihi quidem probabilior recentiorum sententia, si tamen ea conciliari nequit cum antiquorum.

Articulus V

De Theologiae dignitate.

Duo hic disputari possunt. Primum an Theologia sit praestantior omnibus scientiis naturalibus, alterum utrum sit supernaturalis.

Conclusio prima.

Theologia scientiis omnibus naturalibus praestantior est.

Quae facile ostenditur. Nam scientiarum dignitas desumitur ex earum objecto materiali simul et formali, ac fine. Ea scilicet disciplina praestantissima esse merito existimatur, quae res excellentissimas modo quodam praestantissimo attingit. Sed vero Theologiae objectum est omnium nobilissimum, nempe Deus, lumine fidei notus, resque omnes supra naturam positae. Modus omnium praestantissimus, scilicet divina revelatio. Finis denique omnium nobilissimus, nempe felicitas aeterna. Atque hinc profecto est, quod tanta in Theologicis rebus pertractandis, et cognoscendis perfundimur voluptate, nulla ut possint cum ea divitiae conferri. Ita Photius Episcopus omnia, inquit, dona Dei sunt valde bona, et omnium bonorum causa, sed nullum ita cor nostrum inflammat, ut donum Theologiae.

Conclusio altera.

Theologia objective supernaturalis disciplina est.

Hoc quoque facile ex eo patet, quod in iis versatur, quae supra naturam omnem posita sunt. Hinc vero cavere est Theologiae nomen non intelligo Theologiam habitum, is enim supernaturalis non est per se loquendo, quum nequaquam infundatur et acquiratur industria, atque actuum repetitione, et frequen-

tia comparatur.

Immo non tantum theologia modo naturalis est, sed illa in se spectata ad naturales scientias pertinere, jure sustineo. Etenim theologica scientia non habetur propter solam notitiam principiorum, quae sunt divinitus revelata. Nam hac scientia (Theologica) non pollent fideles plurimi quamvis polleant fide plurimum, ut ait Aug. lib. 14 de Trin. cap. 1; sed propter connexionem illorum principiorum cum conclusionibus inde erutis, sic antequam Ecclesia Monothelitarum errorem damnaret, sanae mentis theologi assentiebantur huic conclusioni: duae sunt in Christo voluntates, divina una, altera humana, at non quia revelata expresse illa erat, sed quoniam connectitur cum isto principio nobis revelato Christus homo est, et Deus

Caput II.

De locis theologicis,

ex quibus Theologia argumenta depromunt.

Theologia, ut colligi ex praejactis potest, idem verso potissimum innititur quo ex ceteris scientiis discrepat, quae hinc rationem ducunt. Quamquam enim Theologia cum aliis disciplinis id commune habeat, ut ex principiis positis consectanea elidat; id tamen discriminis est quod ceterae scientiae originem suam referant ad illam animi ingenitam intelligentiam quae est cognitio per se manifestissimarum. Theologia vero originem suam non referat ad hujusmodi intelligentiam, sed ad fidem certam quidem, sed obscuram, et inevidentem. Quod si rationem quoque Theologia excipit, eam sicut hospitem, et peregrinam vel invitam etiam obsequium adhibuit, primas auctoritati partes dando rationi postremas. Quocirca plurimum interest noscere, quae, et quanta sit auctoritas ex qua momenta sua Theologia educit.

et quid dare rationi debeat, idest quot sint loci Theologici sint, et cujus quot sint loci Theologici, et cujus auctoritatis singuli. Sit ergo

Articulus primus

De divisione locorum Theologicorum

Loci Theologici, qui sunt sedes, et domicilia omnium argumentorum, ex quibus Theologi omnes suas argumentationes sive ad confirmandum, sive ad refellendum inveniunt, ut ait Melchior Canus ex Dominicana nostra familia insignis Theologiae Professor, ac deinde Episcopus Cantauriensis, qui super hac re omnium optime scripsit; loci inquam, Theologici duo generatim sunt D. Augustino contra Academicos lib. 3. cap. 22. auctoritas scilicet et ratio. Nulli dubium est, inquit, gemino pondere nos duci impelli ad discendum auctoritatis et rationis. Sed loci hi duo Theologici sunt veluti duo summa capita, qui dividi possunt in plures alios; idcirco majoris claritatis ergo ut supra laudano duos illos generales locos in decem partior.

Primus igitur locus est auctoritas Sacrae Scripturae, quae libris Canonicis continetur.

Secundus est Traditionum Christi, et Apostolorum quas, quoniam scriptae non sunt, ad nos pervenerunt, vivae vocis oracula rectissime dixeris.

Tertius est auctoritas Ecclesiae Catholicae.

Quartus auctoritas conciliorum praesertim generalium, in quibus Ecclesiae catholicae auctoritas residet. [illegible]

Quintus auctoritas Ecclesiae Romanae, quae divino privilegio ornata est, et vocatur Apostolica.

Sextus est auctoritas Sanctorum veterum.

Septimus auctoritas Theologorum Scholasticorum, quibus adjungimus et juris Pontificii peritos.

Octavus ē ratio naẗalis, quæ per oēs scientias naturali lumine inventas latissime patet. [illegible] in mundo [illegible].

Nonus ē auctoritas [illegible], qui naām sequuntur

Postremus denique ē hūnæ auctoritas historicæ, seu per auctores fide dignos scriptæ, sive de gente in gentem traditæ non superstitiose atque aniliter sed gravi, constantique ratione.

Hi ergo sunt loci Theologici, quos enumerat Melchior Canus, quorum nonnulli intra [illegible], et quorum numerum si quis minuerit quidem, modo numero non re discrepent. Sed observandum, Theologum, licet omnibus, et singulis sumere argumenta possit ad Theologicas conclusiones firmandas, non tamen ex omnibus efficaciter æque ratiocinari. Nam ex aliquibus sumit argumenta penitus certa, et necessaria, ex aliquibus vero solum probabilia, ut patebit ex iis, quæ de singulis sumus mox dicturi

Articulus 2dus

De præstantia divinæ auctoritatis.

Dicor mihi nunc demum egregie [illegible], sacram Scripturam, seu Verbum Dei scriptum [illegible] in [illegible] argumenta [illegible] acquiescere quisque et possit, et debeat. Quod duo demonstravero [illegible] mentiri [illegible] nullo modo posse. [illegible] sacra [illegible] comprehensa. Immo quum hæc [illegible] Catholicæ [illegible], quæ [illegible] erunt [illegible] respondendo [illegible] suam [illegible], ut liceat mihi nonnulla [illegible] [illegible] fidei, [illegible] ostendit existere [illegible] summum [illegible] existentiam [illegible], et [illegible] cæteris [illegible]

Hoc quidem fides docet, ut persistemur in symbolo, et ratio evidens multifariam, multisq. modis demonstrat, ut adeo supponere jure possimus.

Secunda autem, ac evidens est Deo O. M. omnium perfectionum pelago tribuendas esse perfectiones puras, et simpliciter simplices, ut sunt. Perfectio simpliciter simplex definiri solet a theologis post S. Anselmum Monologii cap. 15 quae melior est ipsa, hoc est quam entitas cui [illegible] quatenus est ens, melius est habere quam non habere, ad quae duae conditiones exiguntur: prima est ut in suo formali conceptu nullam includat imperfectionem; secunda, ut sit compossibilis cum alia perfectione majori, vel aequali. Prima conditione defectu, materia e. g. non potest dici perfecta perfectione simpliciter simplici; defectu vero conditionis alterius [illegible] pariter nequeunt [illegible] perfectiones simpliciter simplices, quia cohaerere non possunt simul, seu incompossibiles sunt in eodem subjecto. Perfectio contra simplex, seu [illegible] [illegible], ut loquuntur Scholastici, ea dicitur quae non est melior ipsa, quam non ipsa, seu, quae vel [illegible] aut imperfectionem aliquam includit in suo formali conceptu, ut [illegible], [illegible] vel [illegible] cum majore aut [illegible] perfectione stare non potest. Tales sunt relationes divinae, jam vero, ut redeat sermo unde tantisper recessit, perfectiones omnes simpliciter simplices Deo summo Bono concedendas esse, nemo inficias iret, qui Deum admittat [illegible] [illegible] qualem Pater, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible] Dei hic generatim despicimus [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible], in [illegible] [illegible] non agitur de Verbo Dei, quatenus est [illegible] in Sanctissimae personae, quam Deus Pater intelligendo, [illegible] modo, [illegible] ineffabili generat eandemque ipsius [illegible], et tanquam perfecta et consubstantialis imago. Sed agitur de verbo Dei, quatenus est [illegible], et revelatio Dei veritatem aliquam [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] in

in, de verbo Dei scriptum, et traditum; idest in Scriptura Sacra, et traditione [illegible] traditionem [illegible]

Conclusio

Verbum Dei [illegible] infallibile

[illegible] Sed veritas semper habet hostes; Ecclesia Catholica, inquiunt, de re fidei sententia dicenti standum est, magis superædificati erimus supra Episcopos, et Papa, qui ut pastores, et doctores cætum fidelium erudiunt, quam super Apostolos, et Prophetas contra ac palam docet S. Paulus Eph. 2. v. 20. superædificati super fundamentum Apostolorum, et Prophetarum. Imo aliud monstrum, ajunt hinc oritur, sive nimirum fides nostra non Dei Verbo, sed eorum auctoritate nitetur.

Ex. id colligi nequaquam posse. Nam Verbum Dei per Prophetas, et Apostolos traditum è primum fundamentum, et prima fidei regula, ac fons, unde Ecclesia definitiones suas depromit, quæ non aliud credendum proponit fidelibus, nisi quod revelatum a Deo, et quatenus revelatum à Deo. Itaque ipsa Ecclesia à fundamento pro-

dam posteriorem ac secundariam, quod nempe nos reddit hanc illamve veritatem a Deo provenire, aut per Prophetas seu Apostolos revelatam esse. Neque nunc ovium habere fit monstrum illud, a quo sibi adeo metuunt adversarii. Nam Ecclesiae doctrinae explicatio, et definitio nititur duo infallibili testimonio: Verbum ad hunc, seu Ecclesia est instrumentum declarans et promulgans Verbum Dei, seu medium quo Deus ab voluit ad veritates a se revelatas palam nobis faciendas. Quare perperam hac in re calumniantur catholicos theologos haeretici, ac potissimum Calvinus, qui lib. 4 institutionum cap. 9, veritates ait tum sinit subjicere eum in modum Dei oracula nostrae censurae ut ideo rata sint, quia placuerint nobis, [illegible] quae praemia est indigna, quae commemoretur: sed errat turpissime putans nos sceleris hujusce debere reprehendi.

Urgent iterum nondum statutum, et certum esse apud theologos nostros cuinam de Ecclesia speciatim suprema, et infallibili de rebus fidei judicandi copia, et auctoritas collata sit. Num summo Pontifici seorsim ab aliis Pontificibus, an aliis Episcopis etiam seorsim Episcopis, num tandem Episcopis summo Pontifice, sive soli Ecclesiae in concilio generali congregatae, an illi etiam per orbem dispersae. Suis sententiam ferente Papa, et an aliis Episcoporum, seu Ecclesiarum particularium per orbem dispersarum consensus sufficiat et necessarius sit, expressus ne, an tacitus? num ne, an majoris partis Episcoporum: an concilii Pontificiae definitioni, an potius Pontifex definitione concilii pondus conferat infallibilitatis. Hic nisi omnino, inquit recens scriptor, disputant inter se Doctores Catholici: Non defuerunt, qui physicam et absolutam omnium Episcoporum, ne uno quidem excluso, unanimitatem aut etiam alia ni postularint [illegible]

juris ecclesiastici Coloniae Allobrogum 1735. edito tom. 1. tit. 15. p. priore, sect. 15. et parte posteriore sect. 14. ad dogmaticam Ecclesiae definitionem fide certam necessario dicit etiam plerorum orbis christiani Episcoporum consensum. Et alius recens Theologus Parisiensis in tentamine de Hierarchia, et Hierarchis Rothomagi editum anno 1784 [illegible] palam asseruit, nec Rom. Pontificem, nec Concilium [illegible] definitiones habere auctoritatem irrefragabilem, nisi accedat consensus reliquae [illegible] etiam [illegible] comprehendit, qui [illegible] propositionis, quae ab haeresis speciatim damnatae non constat satisfactam. Videtur judicium dogmaticum Ecclesiae universae semper [illegible] convenientibus omnibus uno Episcopis; et [illegible] velut principii praecipuae custodem, et fundamentum veritatis, Ecclesiae [illegible] supremum, et infallibilem controversiarum fidei.

Et me nulla capit admiratio, quod aliqui Theologi aliter senserint, ac sentit doctorum pars maxima: ita namque homines, non dicam nos, sed quidam nonnunquam novitatis amore, nonnunquam liberiori cogitandi licentia, aut etiam veritatis odio acti, utque vera ea videamus vera ea nolimus. Interim tamen id videtur mihi verissime dicere, eos, qui catholici esse volunt, et sunt consentire in veritatibus [illegible] quod attinet ad rem, de qua nunc sermo est, quidquid sit, utrum dissensio aliqua extet penes modum. Constat est primo Ecclesiam [illegible] pro universitate [illegible] pastorum, seu Episcoporum cujus caput est Romanus Pontifex, semper esse infallibilem judicem controversiarum fidei tam intra, quam extra Concilium Oecumenicum. Haec propositio de fide est. Constat [illegible] universitatem moralem Episcoporum Summo Pontifici consentientium esse pariter infallibilem judicem controversiarum fidei atque adeo judicium Summi Pontificis, ex cathedra B. Petri, cui universitas moralis Episcoporum adhaereat, in causis fidei

errori obnoxium esse non posse, illiusque standum procul dubio est. Ita quoque propositio de fide esse dicitur. Omnia hæc propositiones patent, et roborantur perpetuo Ecclesiæ more, quæ semper ita editas fidei definitiones audiens, captivavit intellectum in omne quid fidei; sic decreta Ecclesiæ adversus Arianos, Macedonianos, Donatistas, Nestorianos, Eutichianos aliosque multos firma semper habita sunt, atque irrevocabilia permanserunt, tametsi nonnulli Episcopi, et quidem aliquando non pauci instar Donatistarum Episcopi 180 circiter pertinaciter contradixerunt, et restiterunt.

Et sane si omnium quorumque nullo excluso expectandus foret consensus tanquam necessarius, nulla, aut fere nulla unquam finiretur, aut cessaret publica controversia, atque adeo jurgia, et altercationes essent super fide rixæ, et jurgia. Omnino recta ducti ratione arbitrari possumus Christum eam ædificare Ecclesiam, quam sane ordinatam esse voluit rebus vel aliam certam, ut ejus definitiones irrefragabiles non forent, nisi prius omnes omnino pastores, inter quos potius aliquando nec omnia specie esse aliquem ipsum rariorum, in definitionem dogmaticam consentiant? quanta inde in republica Christiana esset incertitudo, perturbatio, confusio? Communis hæc semper fuit inquit Tournely, ac recepta omnium Theologorum lex, et regula, ut ex pluralitate numero suffragiorum sententia pronuncietur. Quod si in omni civili, ac politico similium rerum instituto lex hæc, et regula servatur, cur non et in ecclesiasticis? Universitas moralis Episcoporum summo Pontifici consentientium certissime repræsentat eam ipsam Ecclesiam, de qua dictum a Christo est: et portæ inferi non prævalebunt adversus eam; itaque certum est dum fidei sententiam Ecclesia, ut repræsentata ab universitate morali Episcoporum summo Pontifici consentium sive sententiæ summi Pontificis quam suffragiis firmat multitudo, seu universitas moralis Episcoporum legitimorum, est de fide certam. Etenim in utroque statu vera est Ecclesia docens quam docuit esse et voluit fore ac declaravit Christus infallibilem.

Hoccine est, ut siquis animadverterit, utar singulare illud privilegium Petro et in Petro successoribus promissum, ut doctrina quae est certa, nisi omnes, qui intuendi sunt in eamdem conspirent sententiam

Constat tertio, et quidem de fide catholica, sanctam Apostolicam sedem, et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum et ipsum Romanum Pontificem successorem esse B. Petri Principis Apostolorum, et veri Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae Caput, et omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem esse et ipsi in B. Petro pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse; quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum, et in sacris canonibus continetur. Sunt verba definitionis a sacrosancta Oecumenica Synodo promulgatae in litteris s. Unionis. Utrum vero sententia Summi Pontificis, antequam accedat Episcoporum consensus, habenda de fide sit, sicut pastor universae Ecclesiae eamdem instruat, et doceat, in praesentiarum non vacat inquirere. Atque ex his patet quid respondeas nonnullis singularium opinionum quae in objectione breviter indicabantur.

Plurima sunt alia, quae in locum hunc Theologicum facere possent, quae cogor praeterire. Sed Deo dante peculiarem instituam de Ecclesia tractationem. Haec interim sufficiant, ut nostra patefiant: tantam vim esse loci hujus Theologi, ut quoniam fidei controversiarum judex est virus, ad dirimendas lites de rebus fidei, multo sit validior Scripturis, et Traditionibus. De Scripturarum vero, et Traditionum auctoritate, et sensu judicium ad Ecclesiam spectat ejusque fideles docere, quid illi in Scripturis et Traditionibus reciderunt. Huic erat Ecclesiae inter locos Theologicos primam tractationem concedere, sed ne viderer communem, quam singuli hoc ordine habent invertere, mutavi sententiam

Caput Quintum.

De auctoritate conciliorum praesertim generalium

Quae hactenus a nobis dicta sunt de locorum theologicorum tertio ea respiciunt potius Ecclesiam toto orbe dispersam, et diffusam, quae minus infallibilis non est, quam quae congregata in conciliis. Nunc agendum de conciliis Synodis praesertim generalibus coactis. Et examinandum quanta polleant ejus in rebus fidei, et morum definitionibus; cum primis praemittenda generales quasdam notiones, sine quibus caeca foret disputatio.

Articulus I.mus

De naã, defiõne, et divisione concilii, et aliis quibusdam.

Concilium graece Synodus, hebraice Sinedrium dicunt eadem analogia servata, sibi vult, cum sermo est de Ecclesiastica republica, quod in civili nomen Comitiorum. Quemadmodum enim in comitiis conveniunt Optimates, et Magistratus ad deliberandum de temporali publico bono, ita in conciliis Praelati Ecclesiastici praesertim Episcopi ad deliberandum de rebus Ecclesiasticis. Quare concilium definiri potest = coetus ecclesiasticorum praelatorum praesertim Episcoporum in unum locum coeuntium, ut causas fidei, vel morum, aut disciplinae definiant.

Notissima est conciliorum partitio in generalia, graece Oecumenica, nationalia, et provincialia. Generale illud dicimus cui adesse possunt, et debent, nisi legitime impediantur, omnes totius orbis Episcopi: atque inde dicitur graece Oecumenicum idest universi orbis terrae. Nationale est illud, ad quod conveniunt utique omnes unius nationis seu regni Archiepiscopi, et Episcopi, duce aliquo Patriarcha, vel suo Primate, nisi forte ipse Papa, aut ejus legatus praesit. Provinciale proprie dicitur in quo conveniunt tantum Episcopi unius provinciae, quibus Archiepiscopus praeest sive metropolitanus. Quanquam autem hae sunt propria conciliorum nomina, nationalia tamen aliquando appellantur etiam plenaria;

aliquando provincialia. Ceterum et alia species concilii est tertia, et dicitur Diœcesana, quod apud Latinos solet etiam appellari Synodus, conventus scilicet parochorum, et presbyterorum unius Episcopatus, cui Episcopus praeest. Ut autem ad summum, quod a Belarmino praesertim, aliisque pluribus evidenter demonstratum est, veterum scriptorum Pelagius ad Romanos Pontifices: generalium synodorum convocandarum auctoritas Apostolicae Sedi B. Petri singulari privilegio tradita est; solos etiam Episcopos in his judices esse, quorum est sententiam ferre. Quare laudati scriptores luculentissime probant, concessum quidem ab Apostolica Sede non semel, ut christiani imperatores, uti tutores Ecclesiae, synodos convocarent, et iis interessent, sed eos tunc convocationem hujusmodi ajunt non pertinuisse jure, et potestate regiminis; sed adfuisse quidem per se, aut per alios delegatos, abstinuisse vero religiosissime a dicenda de Ecclesiasticis rebus sententia: nec alterius finis gratia, quam tuenda Conciliorum libertatis, componendorum, si qua inter Patres orta essent, dissidiorum, accedente auctoritate sua omnis vis, suam conciliis accommodare praesentiam, immo vero nonnumquam dicuntur aliquando decreta conciliorum hac unica de causa, non ut judicarent ecclesiastica, sed ut adjungerent auctoritatem suam, quo et saecularis potestatis metu in officio omnes facilius continerentur, et conciliares sanctiones, quarum princeps ipse subscriptor erat, plenius implerentur.

Quod vero convocandorum conciliorum munus ad Romanum Pontificem pertineat, ex eo manifestum sit, quod Romano Pontifici plena potestas pascendi, regendi et gubernandi universalem Ecclesiam data sit in Scripturis, et a concilio Oecumenico Florentino declarata. Atque ex eadem ratione, et Pastoris ac Rectoris universae Ecclesiae potestate consequitur, et comprobatur summi Pontificis esse concilii oecumenici jus esse, per se aut per legatos suos, ut jam innuimus. Ita et Petrus in concilio

Apostolico Hierosolimitano act. 15 Primus surgit, Primus loquitur, Primus definit.

Cui pariter Pontificis juxta catholicos e concilio Oecumenico complementum dare, illud confirmando. Nã Petro dicitur: pasce oves meas, et confirma fratres tuos; Quare et concilia ipsa generalia Papa, nisi se non interfuit partem suam confirmationem petere consueverunt a Papa; nisi forte concilium praedictam Pontificis instructionem dogmaticam, quam legati sui dedere concilio servandam tradiderint, secutum sit. concilia enim non solent a Pontifice confirmationem petere, nisi eorum, de quibus legati instructionem non acceperint, ut patet ex epist. conc. calcedonensis ad Leonem. Quod praeterea illustratur ejusdem Leonis epist. ... ad Theodoretum. Concilia porro, quae Pontificis Definitione, seu confirmatione feliciter, ac firmantur apellari solent generalia perfecta, quia sententia capitis, et membrorum completur: quae vero carent Pontificis sententia et confirmatione, dicuntur concilia generalia imperfecta.

Ex ea seriem conciliorum generalium approbatorum a Constantino magno usque ad Ferdinandum primum quam desumo ex Belarmino potissimum

Series conciliorum generalium perfectorum,
et a Pontificibus approbatorum.

Primum post tempora Apostolorum generale concilium Nicaenum Primum Nicaeae in Bithinia celebratum, summo Pontifice S. Silvestro, et Constantino magno Imperatore ann. Christi 325 contra Arium qui servanu, et consubstantialem Filii cum Patre divinitatem inficiabat. interfuerunt Episcopi 318 trecentis decem, cum legatis Apostolicis ... Vito, Victore, et ... qui in hoc concilio definita est controversia de die quo Pascha celebrari ... Constantinus ipse ...

mo Pontifice Damaso, et
oli habitus ann. Christi 381
magis confirmandae fidem
S. Sancti Deum negabat.
identalis, et ex duabus Orien.
cè una integra Synodus
opolitana prima. Patres
y locu, sed Damasus exce
eceiverat. Dicuntq. et duae

e Pontifice Caelestino primo,
anno Christi 431, aut, ut
uanti. Causa Concilii fuit
a haeresis, quae Christum in duas

to Pontifice Leone I, et Mar.
ev 452. convenere Episcopi
i Archimandritae, qua unam
arnatione

i adiis, Summo Pontifice Vi
ni 553 convenientiis Episco
iam apiendovo controversiam.
; et Theodoreti Cyrensis scri
viae, quaeque erat contra Cyrillus.
Origenis.

tertiis, habitus Summo Pontifi
ogonato anno Christi 680
llanum, quia habitus e in Pala-

Apostolico Hierosolim
fer, … ines, … cepit.

… Rñi ponder …
co complementū dare, …
oves meas, et confirma
quibus Papa per se …
convenerant a Papa; …
onū dogmaticū, quod …
sacrum sit. Concilia …
nisi novum, de quibus …
… apit. Canon Calcedon
Juxta Leones apit. …
Definione, seu confirmac
generalia perfecta, quia
suo … carent Pontifici …
generalia imperfecta

Ex ād serie con…
no magno usque ad …
no postremum …

… nca

… et

Primum post tempora Apo…
… in Bithinia celebratū
magno Imperatore ann…
consubstantialem filii cum …
Episcopi 3… Necentis … cole
Victore, et Vincentio: …
sia de die, quo Pascha …

Secundũ ē Constantinopolitanũ primũ, Summo Pontifice Damaso, et Theodosio seniore, Imperatore Constantinopoli habitũ ann. Christi 381 convenere ex diversis provinciis Episc. 150 ad magis confirmandã fidem nicęnam adversus Macedonium, qui Spiritum Scũ verũ Deũ negabat. Eodem tempore habita ē Romæ Synodus Occidentalis, et ex duabus Orientali et occidentali, Damaso probante conflata ē una integra Synodus ... absoluta numeris, quæ dicta ē Constantinopolitana prima. Patres ... nunquam convenerunt in unũ, eundemq. locũ, nã Damasus excepit excusationes Occidentaliũ, quos Romæ acciverat. Utcunq. ā duæ illæ Sinodi conjunctæ fuere, ac sententiis.

Tertium ē Ephesinũ quod Summo Pontifice Coelestino primo, et Theodosio juniore, Imperatore coactũ ē anno Christi 431, aut, ut alii volunt 434. convenere Episcopi ducenti. Caussa concilii fuit Nestorii Episcopi Constantinopolitani nova hæresis, quæ Christum in duas personas dividebat.

Quartum ē Calcedonense, Summo Pontifice Leone I, et Marciano Imperatore actũ anno Christi circiter 452. convenere Episcopi 650 Habitum ē contra hæresim Eutichetis Archimandritæ, qui unam tantum in Christo naturam asserebat post Incarnationẽ.

Quintum ē Constantinopolitanũ IIdũ, Summo Pontifice Vigilio et Justiniano Imperatore anno Christi 553 convenientibus Episcopis 178 convocatum ut celebrem illã trium capitulorũ controversiam. Damnata fuere Theodori Mopsuesteni, et Theodoreti Cyrensis scripta, et Epistola Ibæ Episcopi Edesseni, quæque erant contra Ephesinũ. Damnati sunt in hoc concilio etiã errores Origenis.

Sextũ ē Constantinopolitanũ tertiũ, habitũ Summo Pontifice Agatone, Imperatore Constantino Pogonato anno Christi 681 interfuere Episcopi 170. Dicitur etiam Trullanum, quia habitũ ē in ...

tio, cui nomen inditum contra Monothelitas, unicam in Christo admittentes voluntatem.

Septimum e Nicaenum II Summo Pontifice Adriano Primo, et Constantino quarto Imperatore, ac Matre Irene anno Christi 783, aut circiter celebratum. Enumerabantur Episcopi sexcentos [illegible] Habitum e contra Iconomacos seu Sacrarum imaginum hostes

Octavum e Constantinopolitanum quartum Summo Pontifice Adriano II et Orientis Imperatore Basilio anno Christi 869. Inerant Episcopi 383. §

Hactenus Concilia in Oriente celebrata. Sequuntur Concilia celebrata in Occidente. Cum enim post Carolum Magnum major esset honor, auctoritas, et potestas Imperii Occidentalis, auctiorque [illegible] sibi reservavere Orientis concilia intermissa sunt, atque in Occidente habita quae sequuntur.

Nonum generale concilium Lateranense I actum Romae in Ecclesia S. Joannis in Laterano Summo Pontifice Calixto II, et Henrico V Imperatore, cui Episcopi interfuerunt amplius 300, imo juxta Belarminum 900. Habitumque contra Saracenos pro recuperanda terra sancta, et reformatione disciplinae

Decimum e Lateranense II sub Innocentio II Papa, Imperatore Lothario (alii Conrado) anno Christi 1139 Episcoporum circiter mille contra Antipapas, et contra Petrum de Bruis et Arnaldum de Brixia, parvulis baptisma non prodesse asserentes, templaque [illegible] item pro jure [illegible] et reformatione morum

Undecimum e Lateranense III summo Pontifice Alexandro, et Imperatore Frederico I anno Christi 1179, quo Episcopi fuere 300 pro reformatione cleri et in pseudoelectiones, et ordinationes Pontificum

depravatos mores, ac contra Albigenses, et Waldenses.

Decimum tertium est Lateranense quartum summo Pontifice Innocentio III, et Imperatore Friderico II anno Christi 1215 Episcoporum amplius 412 et octoginta aliorum, ut Abbatum, Decanorum, et Priorum conventualium contra varias haereses Albigensium, Amalrici Carnotensis Doctoris, Paradinum, et [illegible] elegantis, et Abbatis Joachimi (quia hic pertinax non fuit excusandus videtur ab haeresi formali) de vera unitate essentiae in Sanctissima Trinitate. Item pro recuperanda Terra Sancta.

Decimum tertium est Lugdunense I in Gallia summo Pontifice Innocentio IV, et Friderico II Imperatore anno Christi 1245 adversus Episcopi accesserunt 140. In eo excommunicatus est et deponitur Fridericus Imperator, et alia retractata, quae conducebant expeditione in Terra Sancta.

Decimum quartum est Lugdunense II. Summo Pontifice Gregorio X, et Rodulpho I Imperatore coactum an. 1274 interfuerunt Episcopi 500, et totidem alii Patres contra Graecorum errores, et de alia expeditione in Palaestinam. Ibi facta est quoque unio cum Graecis maxime opera, [illegible] S. Thomas ad Concilium accedens in itinere [illegible].

Decimum quintum est Viennense in Vienna [illegible] summo Pontifice Clemente V. et Imperatore Henrico VII an. Christi 1311. Episcoporum 300. Actum contra ordinem Templariorum, Beguardorum aliorumque haereticorum; actum est de bello Sacro.

Decimum sextum est Florentinum summo Pont. Eugenio IV. et Imperatore Alberto ann. Christi 14[illegible]. [illegible] Episcoporum [illegible], qui [illegible] et multorum aliorum, qui ante subscriptionem [illegible] contra errores Graecorum. Interfuit et Joann. [illegible] Theologus.

Decimum septimum est Lateranense V. summi Pontif.

Julio II, Leone X, Imperatore Maximiliano I ann. Christi 1512 Episcoporum circiter 100 contra conciliabulum Pisanum, quod convocaverant aliquot cardinales invito Papa contra sanctionem pragmaticam Gallorum, et alios abusus.

Decimum nonum, et postremum est Tridentinum summis Pontificibus Paulo III Julio III ac Pio IV Imperatoribus vero Carolo V et Ferdinando I inchoatum anno Christi 1545 absolutum anno 1563 Episcoporum circiter 260 Habitum est contra Lutherum, Calvinum, aliosq. Novatores, qui Religionis Christianae reformationem praetexerant, religionesq. novas disseminabant. Cujus haeresum colluviei damnum sentiunt praecipue Germania.

Atque haec octodecim generalia concilia a Catholicis quidem Orthodoxis passim recipiuntur, et perfecta, et quoad sua dogmata confirmata. At vero teste Bellarmino, recipiunt tantum septem priora; Lutherani autem prima 6 solum, ubi Graeci in Asia tantum prima tria, Nestoriani pariter in Oriente tantum prima duo. Novatores videlicet recipiunt etiam Constantiensia concilia, quibus eorum damnantur errores, et cath. veritas declaratur, ac traditur.

Sunt praeterea nonnulla concilia generalia et reprobata, ac nonnulla partim approbata, partim reprobata, ut Constantiense, Basileense, aliaq. de quibus dicere non possumus, vetante temporis angustia.

Articulus 2dus

Conclusio

Concilia Oecumenica, seu generalia, et perfecta, sunt Summi Pontificis confirmatione fulcita, ac firmata errare in fide, aut morum doctrina non possunt; atque adeo certissimum sunt Theologicum principium, et Theologicus [illegible] certi dogma [illegible]

Dixi est in fidei, et morum doctrina. Neque enim omnia, quae in Conciliis Oecumenicis leguntur habenda sunt; veluti tot fidei, et morum definitiones. Non sunt de fide, ait praelaudatus Theol. disputationes, quae praemittunt, neque rationes quae adducuntur, neque ea, quae ad explicandum, et illustrandum adferuntur; sed tantum ipsa nuda decreta, et ipsa non omnia, sed solum, quae proponuntur tanquam de fide. interdum enim aliquid definiunt, non ut certum, sed ut probabile, ut Concilium Viennense quod decrevit tenendum tanquam probabilius infantibus in baptismo puros gratiam, et virtutes, ut habetur Clementina unica de summa Trin. et fide Catholica. Quando enim decretum proponitur tanquam de fide, facile cognoscitur ex verbis Concilii. Semper enim dicere solent se explicare fidem catholicam, vel haereticos habendos, qui contrarium senserint, vel, quod est communissimum, dicunt anathema, et ab Ecclesia excludunt eos, qui adversus docent, aut sentiunt. Quum enim nihil horum dicunt, non est certum rem esse de fide.

Veritas haec est, quae conclusione continetur, aliis allatis sacrorum oraculorum testimoniis manifestissimis demonstratur, ut illo, quod habetur ex Mathaei 16: tu es Petrus... et portae inferi non praevalebunt adversus eam. et cap. ult. ... ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem saeculi, item ex Joannis 14. v. 16. Haec enim Christus Petro, et Apostolis, atque in Petro, et Apostolis summis Pontificibus et Episcopis tum extra concilium tum in concilio congregatis promisit certissima, dicendumque idem constat traditione et sensu perpetuo Ecclesiae, quae conciliorum generalium definitiones semper habuit tanquam infallibiles fidei regulas, adeo ut pro haereticis habuerit, qui illis contradixerent. Hinc SS. PP. catholici passim celebrant factum Gregorii Magni lib. 1. epist. 24, qui refertur distinct. 15 cap. 2. ubi de quatuor prioribus Synodis Oecumenicis ait. Sicut s. Evangelii quatuor libros sic quatuor concilia venerari, et suscipere me fateor Nicaenum scilicet in quo perversum Arii dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii, et Macedonii error convincitur

Ephesinum etiam I in quo Nestorii impietas judicatur: Calcedonense vero, in quo Eutichetis, et Dioscori pravitas reprobatur. Hac tota devotione complector, integerrima approbatione custodio, quia in his, veluti in quadrato lapide s. fidei structura consurgit, et cujuslibet vitae, atq. actionis norma consistit. Tum de quinta etiã generali synodo ejusdẽ Gregorii Magni tempore jam celebrata, subjungit: quintum quoque Concilium pariter veneror. Porro idem sentiret, si nunc inter mortales degeret, de aliis sedecim quae ad ora secreta perfectis, et a Summis Pontificibus confirmatis.

Persuadet id etiam. Quia si Concilium ejusmodi errare in fide potest nulla profecto certa via est reliqua, ut in fidei controversiis catholicum dogma exploraremus. Si quis enim Summi Pontificis, ac reliquorum Sacrae Ecclesiae Pastorum judicium detrectat, is nullum vivum judicem inveniet, a cujus tribunali non liceat discedere. Volunt Lutherani, in Concilio Scripturam esse judicem, quae nec sentit, nec intelligit, nec eloqui ipsa judicium valet. Lutherus ipse clamat verba illa, hoc est corpus meum proprie accipienda, Zuinglius contra figurate: quis dicet sententiam? num Scriptura ipsa? an potius judex Ecclesia summus cum Concilio Episcoporum, qui sententiam solent pronuntiare?

Multa tñ objectant. Ac primum ex capite erratorum quae patrata sunt in Conciliis, Synagoga, inquiunt, erravit in qua summi sacerdotes, et seniores cum senioribus populi Christum mortuum, docentemque vera reum esse mortis judicarunt Matthaei 26 ... fidelibus Joannis 11, et Marci 14. Erravit secundo Concilium Nicaenum primum in canone de baptizandis Paulianis, quem ... baptizandos non esse, quos jam baptizarent haeretici. Item in canone de militia interdicta. Nam constat militiam esse licitam. ... Concilio Generali Ephesinum respuit vocem Christotocos ... sanctissima Virgo a Nestorio celebratur Christi genetrix, ... Quarto Concilium Calcedonense reprobavit epistolam Ibae ad Marin Persam, quam nostra damnavit V Synodus generalis

ergo error vel in prima, vel in secunda. Sto Ecclesia etc. vide signum *

Rndo singula facile solvo. Synagogam non errasse quod Caiphas cum Sacerdotibus et Senioribus Christum reum mortis judicaverint, sustinent aliqui his facti momentis. Imo proveniebat quod Jesus, qui suscepisset peccata nostra in se ipso purganda, aliquo sensu dici poterat mortis reus. Sicque Joan. 11. Caiphas dicitur: cum esset Pontifex anni illius, prophetasse. Licet dicant alii quaest. hanc, num Christus necandus esset, de facto quaest. fuisse non de jure: concilia autem in factis errare posse indubium verti nequit. Sed rationes hae non suadent, praecipue secunda. Etsi quaestio illa de facto erat, tamen de fide involvebat quaestionem gravissimam. Sto Ecclesia * erravit tempore de quo Hier. dialogo adv. Luciferianos ait. Tunc usia nomen abolitum est, tunc Nicaena fidei damnatio conclamata est. Ingemuit orbis terrarum et Arianum se esse miratus est. *

Etsi autem quaestio illa de facto erat, tamen involvebat quaestionem de fide gravissimam, nimirum an esset verus Messias, et Dei Filius, atque adeo verus Deus. Dehinc vero, satius erit dicere, errasse Synagogam; verum Synagoga ad tempus promissam in veteri testamento infallibilitatem, ut supra satis notatum est, et patet ex Isaia 6. Danielis 9. aliisque Scripturis. Hinc optime quadrat quod ait [illegible] a synagoga post Christi praedicationem, vel ut alii volunt, et facit ad praesentem difficultatem post Joannem, et Christi adventum errante non ea consequens ad Ecclesiam Christianam, cui tam luculenter infallibilitas est promissa. Lex et Prophetae usque ad Joannem, ait Christus ipse Luc. 16.

Concilium vero Arianum nullo pacto erravit, sed erat impudentissima factio, qui errores conciliorum gener. opponit, quos narrare non est [illegible] imo Paulliani non utebantur in conferendo baptismo legitima forma, quia nequaquam baptizabant in nomine trium personarum Sanctissimae Trinitatis juxta illud: Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Ideo Canon de Meletio eos afficit [illegible] milites, qui tempore

nerse sicut Christianorum Imperatorum tempore cingulum militi-
iam magni honoris, et commodi propter magna privilegia laudabi-
liter abjiciebant, mallentque potius sine honore, quam sine fide vivere:
Deinde vero a diabolo seducti iterum ambiebant cingulum, parati fidem
negare. Etenim Imperatores consueverant auferre cingulum militiæ
Christianis iis, qui fidem in Christum non respuerent. Eos ergo milites,
qui aut respuerant eam, aut parati erant respuere hic damnat, et
severissime plectit.

Quod ad vocem Christotocos attinet, hæc a Concilio Ephesino
repudiata fuit in sensu Nestorii, qui ita B. Virginem Christotocon
appellat, idest Christi Genitricem, ut Theotocon illam dicere nullatenus
vellet, idest Dei Matrem: at non improbavit vocem eam in sensu po-
sitivo orthodoxo, sed solum exclusivo.

Neque probari potest Epistolam Ibæ ad Marin Persam
a majori Patrum parte approbatam fuisse, et multo minus a summo
Pontifice S. Leone, quod tamen maxime interesset, quamvis fortasse
visa sit approbari a Legatis Apostolicæ Sedis, sed non ex Pontificis
instructione, et a paucis aliis Patribus. Hac super re legi quoque potest
opus egregium Clarissimi Comitis Bevetta nuper editum.

Demum quod postremo urgent, falsissimum est. Primo quia
non defecit Ecclesia, [illegible] Pontifex Urbis Romanus Episcopus Epi-
scopis [illegible] constitutis [illegible] nec ei præjudicium aliquod
fieri potuit per numerum Ariminense congregatum, quia constat nec Romani
Pontificis, cujus ante omnia decebat expectare responsum, præbuisse
consensum. Deinde nec defecit corpus Ecclesiæ docentis, quia non
defecit Universitas Latinæ Regionis, [illegible] deficerent, aut consentirent
tot alii Episcopi orthodoxi eo tempore toto orbe dispersi, Patribus
Conc. Ariminensis multo plures, ut colligere licet ex S. Augustino

: contra Luciferianos capite ..., et ex s. Athanasio in epi-
stola, quam ann. circiter 363, hoc e annis duobus a celebratione Conci-
lii Ariminensis misit ad Jovinianum imperatorem, ubi ait: Nec te fugit,
Piissime Auguste, tametsi pauci quidam huic fidei adversentur, prae-
judicium ei facere non posse, quippe quum orbis universus Aposto-
licam fidem retineat. Tertio quia nec a fide defecerunt tanquam haeretici
Latinorum Patrum plures, qui in Ariminensi ipso conventu Arianorum
fraudibus circumventi, et sensum esse in tuto existimantes subscri-
pserunt subdolae Arianorum formulae, in qua supprimebatur nomen
Usiae, quia veram Filii cum Patre substantialitatem mente, et lingua
latina profitebantur, Arianorum formulam captiosam sensu catholi-
co accipientes. Quare quum fraudem animadvertissent (Arianis
ex subscriptione ea errorem suum, quasi in Synodo Oecumenica
definitum praedicantibus, et Nicaenam fidem abolitam ea condamnantibus)
mirati sunt orbis Catholicus, se tanquam Arianum haberi, quum tamen
esset Catholicus. Certe Hieronymi sententia non fuit, orbem univer-
sum fide Arianum fuisse, quum in eodem Dialogo de hac re dicat non
erat cura Episcopis de vocabulo, quum sensus esset in tuto. Verum
haec ad aliquantulam eruditionem. Nam argumento solvendo satis
erat dicere, Ariminense Concilium fuisse imperfectum.

Inspiciamus jam et ea quae a Patribus exempla objiciunt. S. Gre-
gorius Nazianzenus ... epist. ad Procopium ait: Ego vero, si ve-
ra scribere oportet, ita animo affectus sum, ut omnia Episcoporum concilia fugiam,
quoniam nullius Concilii finem laetum, faustumque vidi, nec quod depulsionem
malorum potius, quam accessionem, et incrementum habuerit; et S. Augustin. lib.
3. contra Maximinum cap. 14 ait: Nec ego Nicaenum, nec tu debes Arimi-
nense tamquam praejudicaturus proferre Concilium. Nec ego hujus aucto-
ritate, nec tu illius detineris. Et lib. 2 de baptismate docet, plenaria ...

qua concilia posterioribus emendari supponit igitur errare posse. Si enim Calvinus objicit Leone, qui scripsit ep. ad Anatolium, et ep. ad Marcianum, ac ep. ad Pulcheriam, concilium Calcedonense, quod ceteroqui pro Ecumenico habetur accusat incosultae temeritatis.

Speciem quandam momenti praeseferunt quidam Patrum horum loca, attamen vim nobis reipsa non inferunt. Gregorius etenim Nazianzenus haud de Ecumenicis Synodis verba facit, sed de illegitimis, et imperfectis, quae ad tempus Ariana heresi aliquibus in locis grassante adhuc habitae sunt post Nicaenam primam, quales fuere Seleuciensis, et Ariminensis, et Mediolanensis. Cardinalis Palavicinus in introductione ad historiam Concilii Tridentini cap. 7, et 10. Ecumenicis eam, et perfectis conciliis accommodat Nazianzeni sententiam. non quod s. Doctor existimaret concilia Ecumenica errori esse obnoxia, quorum tuitus et ipse constanter sit fidem, dicens concilii, sed quod hujusmodi universales conventus magnis dissensionibus, et schismatum incommodis, et periculis obnoxii sint, ut non semel probavit eventus, propterea quod nunquam ferme exanctas videant haereses, quarum causa congregantur, sicut de primo illo Nicaeno jam tum celebrato exitus ostenderat. Nam Ariana haeresis, quae sancti auctoritate concilii proscripta fuerat, et aliquantum compressa videbatur, post Constantini Magni mortem violentius exarsit.

S. Augustinus primo illo loco non asseruit positive Maximinum Nicaeni concilii non tenere auctoritatem, sed quia ad concilium hoc illudendum, haeretici hoc objectarent Ariminense concilium, in quo ortodoxorum vocabulum omousios, latine consubstantialis Ariana fraude suppressum [illegible], Sapientis disputationis ea arbitralique praetermissa conciliorum auctoritate, aliis inviti[illegible]

argumentis ad Cath. veritatem tegendam, firmandamque praesertim Scripturarum testimoniis ab Adversariis quoque admissis. Quod vero ad alterum pertinet locum, vel loquitur de conciliis Oecumenicis imperfectis, vel de Nationalibus, quae aliquando apellantur plenaria, vel de decretis disciplinae positivae, et hnae, vel de factis simplicibus, et personalibus cum dogmate non connexis. Si pariter sermo vel de re loquitur, ex facto ad disciplinam externam spectante, vel de Canone illegitime, absentibus etiam Apostolicae Sedis Legatis edito, quo Patriarchae Constantinopolitano decernitur locus ante Patriarchas Alexandrinum, et Antiochenum Constantinopolitano antiquiores.

Tandem ad vacuas partes confugiunt. Ut certum sit, inquiunt Concilium infallibilitate gaudere certum esse deberet, Episcopos definientes conditiones, ac requisita et habere, et non negligere, quae ad Episcopatum necessaria sunt, ut dubium nullum relinqueretur, judicium a veris, et legitimis pastoribus profectum; at quis nostrum sciat conditiones illas omnes adesse, imo et baptizatos Episcopos esse, et rite ordinatos? Deinde Episcopi, qui conciliis interveniunt, quum homines sint, suis etiam ipsi praeconceptis opinionibus, ac praejudiciis ducentur: neque ab his eximuntur, propterea quia in Concilio sedent. Tertio Episcopi interdum pravis sunt moribus, iique rudes, atque indocti: quomodo igitur primis tribui potest Sancti Spiritus afflatus? in malevolam enim animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. Quomodo vero secundis arduis in rebus veritatis erit discretio? [illegible] clar est Conciliorum, ac Scripturarum auctoritas. nam unica utique esset vera, et infallibilis. Asserendum est Scripturis aequare concilia.

Sed contra, tot ex illis Episcopis, ut ad primam respondeam, indeterminato habere conditiones, et requisita ad legitimam Episcopalem, quot necessarii sunt ad legitimum concilium Oecumenicum celebrandum.

Atque hoc certissime nobis constat ex sensu Ecclesiae infallibilis hujusmodi concilium, puta Tridentinum recepit, et veneratur, ut legitimum, et Spiritu S. congregatum, quin opus sit cognoscere singula individua determinata, sicut ipsius summum Pontificem qua scit a hoc individuum, et primam Ecclesiae personam, quae est Vicarius Christi, et visibile caput Ecclesiae catholicae, quamquam post electionem, et Ecclesiae acceptationem certum e theologica saltem certitudine esse legitimum Christi Vicarium, ac requisitis omnibus, et conditionibus ad Summum Pontificatum gaudere. Secundum, et tertiam objectionem facile negando solvo, si enim Spiritus S. assistentiam praevalere opinionibus praeconceptis, ac praejudiciis, eamque non impedire in tot saltem Episcopis quot sunt necessarii, ut cath. veritas deliquens errorque procul fugetur. Ejusdem pariter Spiritus S. opera fieri dicimus, ut plerique Episcopi in Conciliis sanctitate, et doctrina emineant, si hoc opus sint, aut vero dicimus eorum infallibilitatem in praesenti petendam e non a bonae vitae institutione, aut privatae Sapientiae luce, sed a Spiritu S. afflatu, qui Apostolis, et in Apostolis Episcopis promissus e.

Quartum autem respondeo cum S. Gregorio verbis supra laudatis, pares eo quoad substantiam veritatis dogmaticae Scripturarum, et conciliorum auctoritatem, sed nihilominus praeferendas Conciliis Scripturas, tum quod in scriptura nullus error possit esse, neque in facto, neque in jure, tum quod in scriptura verbum Dei e immediate revelatum, et fundamentum conciliarium definitionum.

Articulus 3tius

Cum universitate Episcoporum ad conc. generale requisita.

Duplex Episcoporum universitas, atque uniformitas, ut etiam ante dictum e de Ecclesiae membris, distinguenda e: physica, et absoluta una; moralis altera. Physica dicitur, quae ex omnibus personis Episc.

suffragiis coaluerit, nemine excepto, seu moralis vero, quae ex suffragiis majoris, aut multo majoris partis convergit, quamvis aliqui dissentiant.

Jam vero ad firmitatem, et vim definitionis dogmaticae a Concilio Oecum. pronuntiatae sufficit moralis Episcoporum unanimitas, cui non officit paucorum resistentia. Ita ex doctoribus Sorbonicis Tournely. Est certa sententia. Illam primo certo sufficit unanimitas, quae hoc modo repraesentet totum corpus Ecclesiae, cui privilegium infallibilitatis a Christo promissum est: Vobiscum sum omnibus diebus. Portae inferi non praevalebunt adversus eam. Atqui unanimitas moralis Episcoporum Rom. Pontif. tanquam suo Capiti adhaerentium est moralis unanimitas, quae hoc modo repraesentet Ecclesiae corpus. Haec etiam propos. videtur, et est certa. Illam communis habuit, ac passim recepta ab hominibus et in judiciis, ac tribunalibus lex, ac regula, ut sententia totius corporis dicatur, quae sententia est plerorumque praesertim si Capiti hi consentiant, et adhaereant. Hinc Conciliorum generalium definitiones, quamvis nonnulli Episcopi restiterint statim ac promulgatae fuerunt ab omnibus cath. seu regula infallibilis fidei habitae sunt, rejectis tanquam haereticis iis, qui ausi erant contra dicere. Deinde quatuor priora Concilia Oecumenica, quae S. Gregorius Magnus, sicut quatuor S. Evangelii libros suscipere se, ac venerari fatetur, et omnis Ecclesia semper habuit ut perfecta, non caruerunt Episcopis dissentientibus: nec Niceno primo omnes subscripserunt, et definitioni Concilii Ephesini contradixere Episcopi circiter 50 cum Patriarcha Antiocheno.

Articulus 24

De auctoritate Conciliorum non generalium praesertim Nationalium.

Conclusio

Concilia non generalia, et a summo Pontifice nō probata, seu confir. errare possunt in decretis fidei, et morū, atq; adeo certum non faciunt argumentū; magnæ tn̄ auctoritatis sunt infra certitudinē, adeo ut juxta Cardinalē Lotti temerariū sit eorū sententiis non acquiescere. Pars prior inde probari pt, quod si errori concilia ipsa Œcumenica imperfecta obnoxia sunt, eo magis hoc dicendū e de Conciliis Nationalibus, et Provincialibus. Illa priora totā quidē̄ vis imperfecte repræsentant Ecclesiā: posteriora vero particularem tantum alicujus Nationis, vel Provinciæ Ecclesiā. Errori exemplū afferri pt ex Concilio Cartaginensi sub S. Cypriano, qd fuit Nationale 85 Episcoporum, quorū pleriq. Martires, aut Confessores, ut ex Epist. S. Cypriani ad Jubajanū satis constat; et tn̄ in errorem lapsū ē in causa baptismi, declarando scat ab hæreticis non conferri verum, validumq; baptisma [illegible]

Pars vō altera ostenditur auctoritate 7mæ Synodi, qua actione 3ā in Litteris Synodicis Theodori Patriarchæ Jerosolimitani, locales, inquit, Synodos non adversamur, sed magis amamus, amplectimur, et recipimus. Confirmatur ratione theologica. Etenim licet ejusmodi Concilia errare possint, raro tn̄ errant saltem quæ ingenti, et sapienti Patrū numero constant. Siccadit si plures S.S. PP. in eandē sententiā convenientes argumentū faciunt insigniter probabile, et quidē si 50 e.g. Patres in eandem conveniant sententiā, quamvis cæsi conveniant, speciale eidē conferunt probabilitatē, cui contradicere videtur nemo [illegible] temerariū, eo magis, inquiunt Bellarminus, et Lotti, hoc dicendū de 40. aut 50. Episcopis in unū locū coactis. Oppositū [illegible] dū est, si majus momentū non in contrariā partem urgerat

Neque primae conclusionis parti obficit Caput Ad. extra de haereticis, ubi Lucius tertius excommunicat eos omnes, qui ab Ecclesia Romana vel a concilio Provinciali judicantur haeretici. Sermo enim illic est non de dogmate, sed de persona. Quamquam vero particulares Synodi dogmata fidei constituere, et declarare non possint, quae fideles omnes credere teneantur, possunt tamen judicium ferre de persona, nimirum an aliquis inciderit in haeresim manifestam, ipsumque haereticum judicare, atque excommunicatum; cui judicio standum est, nisi aliter deinde declaretur, aut majori concilio, aut Romana Sede. Atque idcirco coactum fuit Concilium quoddam Aquilejense 30 Episcoporum contra duos Episcopos Arianos Paladium, et Secundianum, quorum prior damnatus fuit, ut haereticus.

Scholion

Antequam claudam locum hunc theologicum animadvertere breviter volumus, quod eos Theologos, qui conciliis denegant infallibilitatem prius a summo Pontifice quam confirmentur, tum eos, qui summi Pont. ad probationem absolute necessariam non esse sustinent, et concilium esse supra Pontificem defendunt, facile in eam sententiam convenire, quae Episcopos in Concilio sedentes non consiliarios modo, sed judices fidei appellat, et asserit. Quam sententiam novare his rationibus possem quia scimus non solum Episcopos ad ferendum synodale judicium adhiberentur, praebendumque suffragium, sed etiam docti Theologi, et viri in Ecclesia praedentes, quod inauditum est contra quam formam Act. 15 adhibitam. Cum igitur Ecclesia perpetuo usu soli Pastores in Concilio sederent et tantum horum subscriptiones in synodali sententia apponantur, non vero aliorum Theologorum, qui Episcopi non sint, et ut consiliarii non semel acciti in Conciliis sunt, consequens fit, Episcopos consores, et judices esse, non modo consultores. Nam si hi ut consultores advocarentur, iis Episcopis, qui titulares sedes, et imperio erant, nullo

erit modo in Concilio locus, quando Theologica quaestio veniret in dubium. Praeterea non solus Pontifex modo, verum etiam reliqui Episcopi claves hic regni Caelorum; ergo in causa fidei ligandi, et solvendi potestatem. Visum est, dicitur Act. cit. loc. Spiritui Sancto et nobis, nihil ultra vobis imponere oneris, quam haec necessaria. Omnes ergo Episcopi onera, praeceptaque imponunt, omnes simul sententiae Synodalis auctores sunt.

Quod si iis, qui sustinent generale ipsum Concilium egere Summi Pontificis confirmatione, ut gaudeat infallibilitate, objicias, fore, ut ex sententia Episcopos in Conciliis judices non solum consiliarios esse contendentes, illud consequi summum nimirum Pontificem cogi in ferenda sententia sua majorem Episcoporum partem sequi, eorumque doctrinam approbare; quemadmodum in omni recto, et bene instituto Tribunali, qui praesidet plurium judicium confirmare debet, paucorum negligere. respondent, vix contingere posse, ut pars Episcoporum major a vero aberret, atque adeo vix pariter cogi posse Summum Pontificem a veritate ipsa ad subscribendum, tanquam judicem supremum, synodali sententiae, quam adprobat pars major Episcoporum; si vero secus evenerit, negant tunc Summum Pontificem sequi plurium judicium oportere. Neque enim hic, quia de fide agitur, ut in aliis vel electionibus, vel judiciis ex numero suffragiorum sententia metienda. Notum enim frequenter evenire, ut major pars vincat meliorem, et ea non semper esse optima, quae placent pluribus. atque in rebus, quae ad doctrinam pertinent sapientum sensum esse praeferendum. Quadringenti Prophetae Acab mentiti sunt Michaeae ex ore vero unius tantum qui habebatur contemptibilis, veritas egressa. Quocirca Summus Pontifex, ajunt, majoris partis sententiam non tenetur amplecti, imo sive pauci, sive plures ab errore defecerint Episcopi, munus est Supremi Apostolici Antistitis ad veram eos fidem revocare, sustinent juxta illud

quod Petro dixit Christus: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, et tu conversus confirma fratres tuos.

Hactenus de Conciliorum auctoritate. Nihil [illegible] poteramus de Synodis Episcopalibus. Sed quod nostri instituti, satis implebo, si dixero, decreta Synodalium Constitutionum, quas Episcopus meliori Clero coacto edit ad bonam disciplinam, subditos obstringere ad parendum: in rebus vero fidei, et morum decidendis, argumentum suppeditare summum probabile.

Caput VI
De Romanae Ecclesiae auctoritate, quae locorum Theologicorum est 5.tus

Antequam de Romana Ecclesia auctoritate vos monitos volo Romanae Ecclesiae nomine hic summum Pontificem intelligi. Alioquin nulla est ratio, cur Ecclesia Romana in dirimendis quaestionibus fidei, et morum majori gauderet auctoritate, quam aliae Ecclesiae, puta Gallicana; nisi Romanam Ecclesiam dicendo summum Pontificem intelligeremus universae Ecclesiae Pastorem, et Doctorem, cui dictum a Christo est in Petro, Pasce agnos meos, pasce oves meas.

Articulus unicus
De auctoritate summi Pontificis in dirimendis quaestionibus fidei, et morum.

In primatu B. Petri duae potissimum dari possunt potestates, quae unam constituunt sui absolutam rationem. Prima est ad regendam et gubernandam universalem Ecclesiam, altera pascendi, et instruendi eam doctrina sana, et irreprehensibili. De hac nunc in praesenti agimus, quum inquirimus, an Romanus Pontifex in fide errare possit necne, quando ex Cathedra B. Petri definit, id est quando tanquam [illegible] Christi in terris Vicarius, et caput visibile Ecclesiae Catholicae

eandē in causis fideī, et morū alloquitur, et veritatē aliquam definit, eamque credendā proponit. Multis quidē verbis usus sum, quæ facile in idem recidunt, ut rem uberius declararē. Nā, quæ Pontificem loqui ex Cathedra, docere Ecclesiā, et loqui, ut Caput Ecclesiæ sunt tria hic oīo synonima, et ejusdem oīo significaōnis, ut patet ex communi modo loquendi Doctorū oīū.

Ut ā certo abiis, quæ videntur aliquibus incerta secernantur, animadvertendum 4tuor modis considerari posse summū Pontificem in causis fidei, et morum loquentem. Primū quidē ut præsidet Concilio generali subscribens ejusdē Concilii definiōnem, et judiciū. Secundo ut definit controversiam fidei et morū extra Conciliū Œcumenicū, cui tñ definiōni accedit consensus Ecclesiæ. Tertio tamen ut quidpiā ad fidē, et mores pertinens definit extra Conciliū Œcumenicum, ac præterea independenter a consensu Ecclesiæ accedente. Quarto ut è persona privata, et doctor particularis, et non ut loquens ex cathedra, nec doctrinā Ecclē universæ credendā proponens. Jā vero consentiunt Doctores orthodoxi contra Heterodoxos, Pontificem primis illis duobus modis consideratū in judiciis, ac definiōnibus, ac dogmatibus fidei errare non posse, ut patet ex dictis. Conveniunt item omnes, eundē Pontificem 4to modo acceptum labi posse etiam in quæstionibus universalis fidei, et morū, idq. ex hūa infirmitate, ut contingit aliis doctoribus insigni licet virtute præditis. Controversia ē tantum, num errare Pontifex possit tertio modo acceptus, seu quū extra Conciliū, et prascindendo, seu independenter a consensu Ecclesiæ definit veritatem aliquā, eamq. credendā proponit. seu quod idē ē, num veritas dogmatica fidē, aut mores respiciens infallibilis censenda sit statim ac prolata a Pontifice sententia ē, antequā Ecclesiæ consen

sus accedat. Haec saepius, nihil proferimus, illud unum adjungere contenti, negantem sententiam non posse inferri ex erratis, quae Romanis Pontificibus textu illo modo accepto attribuuntur. Quod ut ostendamus, audiendi adversarii sunt. . . . . . .

Itaque violatae fidei accusant Liberium, quod exilii Beroeae injuria pertaesus, aerumnarumque pro fide, recuperandae Sedis Romanae desiderio flagrans, in quam Felix intrusus fuerat, tria admiserit, quae sine crimine laesae fidei admitti non potuere. Primo est subscripsit formulam fidei ab Arianis subdole concinnatam, ut referunt Sozomenus, et Nicephorus. Secundo subscripsit Athanasii Nicaenae fidei defensoris invictissimi, proptereaque ab Arianis exagitati condemnationi. Tertio communicavit cum Arianis. Et sane habet adversus se testes gravissimos Hieronymum in Chronico, et in Catalogo Scriptorum in Fortunatiano, Athanasium in epist. ad solitariam vitam agentes, qui non obscure, ajunt, Liberium tandem ad subscriptionem haereseos inflexum fuisse.

Vigilius pariter Pontifex saeculi 6ti haeresis incusatur primo, quod epistolam scripserit ad Theodoram imperatricem, et alios haereticos, qua dixit = Nos non duas naturas in Christo confitemur, sed ex duabus naturis compositum unum filium... qui dicit in Christo duas formas, et non confitetur unam personam, unam essentiam anathema sit =; secundo quod sua constitutione solemniter decreverit damnanda non esse tria capitula, id est scripta Theodori Mopsuesteni, scripta Theodoreti, et epistolam Ibae ad Marim Persam, quae dein proscripsit, Synodus 5ta generalis, ipso quidem summo Pontifice approbante. Quare pugnantia decrevit

Honorium demum, ut alios omittam, Monothelitarum haeresis reum et magistrum accusant in epistolis ad Sergium Constantinopolitanum Patriarcham, adeo ut docuisse dicatur, unam in Christo voluntatem nec multiplicem, seu duplicem in operatione. In prima enim rescripsit

re. Omnia aut probate. quod bonum est tenete, 1. Tess. 5. v. 20.
Et Actorum 17. v. 11. judei Beroenses, qui susceperunt verbum cum o
aviditate, quotidie scrutantes erant Scripturas, si hec ita se ha
berent. Omni dubitatione seorsum rationis sit oportet, qui contenderet hec
absque ope, ac presidio raonis hia fieri posse. Hinc Augustinus lib.
de vera religione cap. 24. summa auctoritati, et quidem precipuum; sed
tn et raoni locum ee in rebus ad religionem pertinentibus affirmat his verbis;
- auctoritas fidem flagitat, et raoni preparat hiem. Rao ad intellectum
cogitationemque perducit. Quanquam neque auctoritatem rao penitus deserit
q cum consideratur, cui sit credendum. Et lib. de moribus Ecclesia Catholi
cae cap. 2. ait: nihil in Ecclesia Catholica salubrius fieri, quam ut
rationem precedat auctoritas. Hos addere Patres necessum non est.

. . Sanciunt tn adversus primum con.clusionem Socinianis. Rom
12. v. 1 obsequium, quod fidei debetur, Apostolus vocat rationabile.
Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ve
stra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium
vestrum. Ratio igitur e velut fundamentum, ac principium fidei. Ad
dunt Christus ipse, et Apostoli rem naalium exemplis, et nonnullis pa

rabolis fidei misteria confirmant. Non ergo ipsa argumenta afferunt, quibus fidei veritates demonstrentur. Instant. Nisi ratio fidei regula dicatur, nunquam poterit religio Christiana Ethnicis gentibus suaderi.

Vocat quidem Apostolus allato loco obsequium, quod fidei debetur rationabile. Sed quid hinc? Literali enim sensu obsequium illud rationabile cultus est mentis interior, ac plane spiritalis, quem Apostolus opponit cultui judaico, qui in mactatione, et sanguine victimarum positus totus erat materialis. Vox quippe graeca, quae per obsequium in vulgata nostra redditur, cultum significat, id est latria. De quo spiritali cultu, ac mentis demissione loquitur Christus Joannis 4 v. 23. Venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, et veritate: in spiritu, non in sanguine, ac victimis corporeis, ut judaei: in veritate, non falso, et erroneo cultu, ut Samaritani. Ad aliud dicam, aliud esse doctrinam fidei ex ratione haurire, aliud doctrinam jam cognitam aliquo modo illustrare, ac pro ratione capacitate docendi. Posterius in parabolis Christi agnoscimus, non prius. Neque enim per parabolas misteria sua expresse Christus probavit, sed tantum ut facilius perspicerentur, illustravit. Ad tertium respondeo plurima esse, et quidem splendida credibilitatis motiva, quibus Christiana religio suadetur. Quod igitur gentiles ad fidem nostram amplectendam adducere conamur, prima removenda sunt ab eorum mente praejudicia, quibus imbuti sunt Religionem Christianam; deinde ostendenda sunt credibilitatis motiva, ... intima fidei principia ... et ... ad veritatem ... quem ... gentiles ... eorum plura commendaverunt, et admiserint. Denique proponenda, quae sunt ad credendum necessaria, et ...

et ipsa etiā gentiliū Theologia ductis, utcunque illustranda

Rejectis Socinianis, rejicienda et Anabaptistarum momenta. Errorem itaque suum hi nectunt plurimis fectibus, inter quos citatur Gregorius Nazianz. erat prima in Julianū, ubi ait, disciplinā nostrā eē Pitagoricā. Atque apud Pitagoreos tantum prejudicata autoritas poterat, ut sine ratiōne valeret et S. Hieronymus in cap. 31 Hieremiæ, de verbis Dei hūo sensu argumentari, dicit eē sacrilegum. Instant. Apostoli non habuerunt Phiam: non è igitur Theologo necessaria. Si ē Spiritus S. docuit Apostolos omnem veritatē juxta Dñi pollicitatiōnē Joannes 16, et has hūās disciplinas non docuit, non modo sequitur, easdem non eē Christiano Doctori necessarias, sed ne utiles quidem. Et sane vel Phia ò Theologo utilis, aut necessaria, dum imperfectos in Ecclesiā instruit, vel dum perfectos alloquitur. Imperfecti lac Apostolus præbet nec existimat, se quidquā inter hujusmodi scire, nisi Christum, et hunc crucifixū. Perfectis vō Sapientiā loquitur non hujus seculi, neque principum hujus seculi, hoc ē Phiarum. De primis loquitur Apostolus 1 cor 3. v. 1. Tanquā parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escā, communes videlicet veritates, atque uniformes capiendas qui minus profecerunt, easque nudi, et pingui, ut ajunt, minerva proposuit. De posterioribus ād cap. 2. v. 6. ejusdē opēris Sapientiā ā loquimur inter perfectos, Sapientiā vō non hujus seculi, neque Principū hujus seculi

Perguunt etiam argumentari, quod si utilis est, et necessaria Theologo Phia, hoc eēt ob id maxime, quod non alia via, et ratiōne melius Phi Christo repugnantes convincerentur. At hoc constat esse vanissimum. Primū quoniā evacuaretur crux Christi, si de Phis, et Sophistis per hūās Sapientiās triumpharet, uti legitur 1 cor 1. v. 17. Non ē misit me Christus baptizare, sed evangelizare non in sapientia

verbi, ut non evacuetur crux Christi. Rursus quoniam ut idem Apostolus 2. Cor. 10. v. 4. praeceptor est, arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum consilia destruentes.

Verum dum Patres opponunt, Patribus erunt injurii. Aliud est, et aliud humanas scientias esse a Patribus condemnari, quamvis fuisse non modo imperitos, verum etiam alienos ab humanitate. Nam quoniam est homo rationis est particeps, consequentia cernit, principia, et causas rerum videt, earumque progressus, et quasi antecessiones inquirit, similitudines comparat, et rebus visibilibus adjungit, atque annectit invisibiles, ut egregie ait Cicero lib. 1. Officiorum. Si itaque Patres quidem videntur omnem humanam scientiam cum a sacris disciplinis arcere, eos tantum insequuntur, qui Philosophiam evangelio praeferunt; quibus Averrois Paulus est, Aristoteles Christus, Plato non deus, sed Deus: paucis, qui humanam rationem credendorum regulam faciunt.

At Apostoli non fuerunt hisce literis eruditi: Christus non docuit eos Geometriam, Astrologiam, physicam. Spiritus S. docuit eos omnem veritatem, nec tamen Philosophiam aut Arithmeticam. Verum est, inquit Canus. Non igitur sunt disciplinae istae Christiano Doctori utiles; id consequentissimo ponenda Apostolis siquidem, ait Clemens lib. 1. Strom. Spiritus S. ea plane suggerebat, quae erant necessaria, et ad Scripturam sacram intelligendam, et ad docendum cujusvis generis homines. Nos autem qui hoc peculiare donum Spiritus S. non habemus, si humanarum literarum simus rudes, et ignari, neque donum propheticum percipere, nec perfecti esse in Ecclesia Doctores. Christus etiam et Apostoli non docuerunt nos humanas disciplinas, ut fides nostra non esset in sapientia humana, sed in virtute Dei. Docere enim nihil voluerunt, nisi quod erat ad salutem necessarium. Alioqui si exemplum placet Apostolorum, ignoramus grammaticam, quia Apostoli grammaticam non habere. Nihil praemeditatum, et praeparatum loquere, quod Apo-

stoli hæreticis, Alii, Tyrannis extempore sapientissime loquebantur. Quod ad primum Apostoli locum attinet, ibi lac vocat faciliorem, suaviorem, et simpliciorem doctrinam de Christi humanitate, et gratia, ac redemptione, qualis convenit (œcumenius recte animadvertit), et ad huc carnalibus. Quum vero inter perfectos ait se non loqui sapientiam hujus seculi, monet fideles perfectos, idest simplices quidem, sed bene in rebus salutis, non Aristotele sapientes, se eis tradere misteria, quæ nulla ratione naturali cognosci poterant ab hominibus, imo neque ab Angelis. Leviorem responsionem sumito a momentis, quæ nostram firmant conclusionem.

Postremum argumentum restat, cui respondere debeamus. id quod auguste Clemens Alexandrinus facit inquiens. Non per ablationem Philosophia perimitur veritas, sed ad eam cooperatrix, et adjutrix invenitur, sicut primus, et adhuc gradus ei, qui ascendit in cœnaculum, et grammaticus ei, qui e Philosophaturus. Nam et visus, et auditus confert ad veritatem, mens vero, quæ apposite, et naturaliter cognoscat. Hac igitur saltem præstat ratio, ut plurimum conferat ad scripturas sacras recte intelligendas, ut fuse demonstrat s. Basilius homilia de legendis libris gentilium et ad veritates ineas comprehensas constantissime tenendas aliisque explicandas, ac nos adversus hæreticorum, et aliorum hostium furorem, et argutias defendendos.

Addo aliquas esse in scripturis veritates, quæ naturali quoque lumine attingi possint. Ac de his si sermo fiat, poterit theologus non modo adducendis scripturis, si scriptura ab adversariis admittantur, eas demonstrare, sed illud quoque ostendere, quod naturalis docemus, hac quoque ratione doceri. Apostolus cum nos jubet, non fuit minus evangelizare in sapientia verbi, idest cum eloquentia et arcanis ornate [illegible] sophos, unde sophi, et sophistæ dici sunt

ratores, maxime scriptores, ex eorum numero non fuit Paullus, idque ut non evacuaretur Crux Christi, idest inanis redderetur, propter ea quia putarent homines se salutem assecuturos, et sibi fidem persuasam iri vi humanae eloquentiae, non vi passionis Christi. Atque haec fuit origo schismatis, de quo idem Paullus v. 12. ejusdem cap. dicentium, ego sum Paulli, ego Apollo, quod scilicet Apollo eloquens placeret nonnullis Corinthiis delicatis, et eloquentiae studiosis; aliis vero Spiritum magis, quam verba quaerentibus placeret Paullus, imperitus quidem sermone, sed non scientia.

Antequam locum hunc claudam, commonendos vos arbitror, tantam quandoque esse vim humanae rationis perspicuae, et evidentis, ut nihil absurdi quis dicat, si eam nos cogere sustineat a littera li sensu Scripturae sacrae recedere. Neque tamen inde consequitur, rationem divinae revelationi praeferri. Enimvero quamquam verba Scripturae accipienda sunt in sensu litterali, et proprio; id tamen intelligendum, ubi evidens necessitas non vetet, et perspicua ratio non prohibeat. Hinc frustra sacrarum litterarum locum quempiam afferres in medium ad firmandam propositionem, quam evidenti demonstratione philosophica falsam esse evinceret quis: non quod auctoritati ratio debeat, Dei auctoritas non debeat; sed quod Dei auctoritas loquentis evidens, et certae rationi nunquam adversari possit. Sicut demonstratur Adam postquam comedit de fructu ligni, quod erat in medio paradisi, de quo praeceperat ei Deus ne comederet, in Deum evasisse, frustra adferentur ea verba Dei Gen. 3. Ecce quasi unus ex nobis factus est sciens bonum, et malum. Vel vi ipsa rationis evidentissima, et perspicue satis demonstrat verba haec improprie sumi oportere, et agi in iis, ibi recognoscere ironiam, aut ironiam

Articulus 2dus.

De Philosophorum auctoritate.

Si Philosophorum dicta nullo modo juvent nec gentilium vanam fidem, et superstitionem impugnent, sed pravamque eorum erit, in rem theologicam convellere infusae aut etiam nonnunquam pernuciosa. Contra si adjumento sint, laudabile est, catholicam veritatem Philosophorum etiam sententiis, et auctoritate magis magisque firmare. Qui enim divina, humanaque rerum causas, naturasque complexi sunt, et omnem bene vivendi rationem tenuerunt, acquirendi sunt, seu naturae vim, et effectus, morum, ac vitae normam ratione investigarunt, quae deinde impertare possunt Theologis auctoritatem. Nam et qui inter praecipuos Ecclesiae magistros habentur, ut Justinus, Origenes, Didimus, Basilius, Nazianzenus, Nissenus, Augustinus, aliique Philosophicis doctrinis excelluerunt, ac eos, qui his perpoliti erant, convenisse scholae praefici, tradit Eusebius lib. 5. historiae Eccl. cap. 10.

Atque hinc habes, quod iis reguras, qui ad ferendam vel vanam Philosophorum auctoritatem, et sententiis sacram theologiam fundari existimant, et miscere sacra profanis aemagis, quod animadvertendum est, jure merito posse nostri quod sit boni, ac veri, ab illis tamquam injustis possessoribus ut nostrum repetere, et in usum nostrum vindicare; ut monet Aug. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 40. Etiam Philosophi saltem graecos, si quid verum scripserunt, hoc a Mose et Prophetis hausisse docet Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum, qui graecos Philosophos vocat fures, qui ea, quae nostra sunt venditant tamquam sua. Pitagoram non solum fuisse discipulum cujusdam Nazareni, quem aliqui putant fuisse Ezechielem, scribit idem Clemens lib. 1. Strom. sed ex Mose ipsum, et qui ab eo cognominati sunt, multa suffuratos esse, testatur lib. 5. immo D. Ambrosius Pitagoram natione genere fuisse Hebraeum, certe fuisse circumcisum tradit saepe cit. con. De Aristotele Clearcus peripateticus testatur se nosse quendam Hebraeum

quorum versatus à Aristotele. Ita idem Clemen lib. 1. et Josephus lib. 1.
contra Appionem Platonem vero non solum a Pitagora, sed etiam a Judaeis
doctrinam accepisse, sustinet et Augustinus lib. 2. de doct. Christ. cap. 28
qui etsi concludat, platonem per Hieremiam audire, ne libros sacros
legere potuisse, tamen ab Aegiptiis multa hausisse contendit: quod Am
brosius multis argumentis suadet et Plato ipse in Timeo id ingenue
fatetur Quid ergo, inquit Canus lib. 10. cap. 6. ea, quae a Philosophis recte, et
sapienter dicta sunt, nostris nos disceptationibus inseruerimus, repe-
temus nostra, non aliena mutuavimus.

Sobrie tamen Philosophorum dicta in quaestiones Theologicas sunt transfe-
renda, et ex necessitate potius, quam voluntate, ut si nobis opponant
de iis ferre judicium possimus, et adversarios redarguere. Qua ratione,
ait Hieronymus in cap. primum Danielis, relatus distinct. 37 cap. Qui
de mensa tres pueros sapientiam Babiloniorum discere, non ut sequan-
tur, sed ut convincant Possumus ergo Philosophorum autoritatibus uti, ut
hostes convincamus argumento, quod ad homines spectant, et eorum
principia incussam nostrum vertamus Sic Paulus Act. 17. v. 28
Arati Poetae dicto usus ad probandum Deum adeo nobis esse inti
me conjunctum, ut omnem opificem, sed etiam ut nostrum parentem, in ipso
enim vivimus, ait et movemur, et sumus sicut et quidam vestrorum Poeta-
rum dixerunt ipsius enim et genus sumus: idque quia Apostolus non
Hebraeos loquebatur, sed Athenienses, et quibusdam literatis, apud quos Poeta-
rum nomine autoritas valere multum solebat. Adversari si ponunt
dicta Philosophorum, ut Christiana veritas ex adversariorum testimoniis congru-
ere appareat Sic Magos, idem Adoratores per sidus ad sui adora-
tionem a Christo trahuntur, seu advocantur Hoc docet Chrisostomus
hom. 6. in Matheum Ad majorem Dei gloriam pertinebat, si virtus
ejus etiam inimicorum testimonio panderetur. etsi ipsi quoque genti

litatis Magistri consonam proferant de Verbi Dei potestate sententiam.

Quod si rogaveris, quanta demum Philosophorum auctoritas sit habenda: respondeo, si docentium vel alterius Philosophi sermo sit, quo quisque doctior, et gravior, eo illius est probabiliorem auctoritatem, et fidedignius testimonium. Multum tamen Theologus tribuere adjudicare debet, ut alicui, nec latum quidem unguem sibi putet discedendum (quam est nomen), at apud Christi discipulos tantum cujus Ethnici auctoritas valeat, ut etiam sine ratione vincat. Nemo illorum fuit, qui non ut homo hallucinaretur. in multis erravit Plato, erravit Aristoteles, erraruntque alii. Praeterea quis primatum habere debeat Philosophus, adhuc incertum est. Augustinus, caeterique veteres Platoni detulere multum. Nullos esse Christianae Theologiae magis concordes, quam Platonicos, putat idem S. Pater. Contra D. Thomas, et adeo universa fere Theologorum schola summum putat Aristotelem: imo vero Peripateticorum doctrinam Christiano dogmati consentire probantur, docet idem S. Thomas; quod Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. refert, Aristobulum multis libris probasse Philosophiam peripateticam ex lege mosaica, et aliis dependisse Prophetis.

Si vero Philosophorum omnium una, eademque habeatur consensio, certam ajo fidem facere in rebus Physicis, quibus quandoque utuntur Theologi, necesse est. Quod enim in aliis artibus valet, ut auctores praecipui tantum apud eos, qui eam artem sequuntur, auctoritatis habeant, ut inde nonnisi temere discedere quisquam audeat, id in Philosophia non valebit, nec habentes quos sequantur in verum naturalium cognitione, in vario discipuli venientur errores. Si in omni disciplina, et arte oportet addiscentem credere, ut et Aristoteles ipse prudenter admonuit, et Theodoretus lib. 1. de curandis graecorum affectionibus magna exemplorum vi confecit: in Philosophica certe scientia perdiscenda, scientiam quidem profitentibus, in eandem praesertim sententiam concedentibus fidem haereamus

oportet. Deus ergo in quocunque rerum ordine ut summus Provisor dedit leges, et qui leges interpretarentur. Apud Judaeos, ubi erant divinae scientiae quasi gymnasium, dedit Rabbinos. Apud Christianos Evangelicae doctrinae Academias esse voluit, adeoque dedit Apost. Evang. Pastores, Doctores, ergo quum universis gentibus edocendis naturae leges, ac disciplinas dederit, ejusmodi legum, ac disciplinarum Magistros instituisse dicendus est. Quare Clem. Alexandrinus tam saepe laudatus lib. 6 Strom. ait, Graecis adeo Philosophiam velut proprium testamentum esse datam. Si ergo ejus summae providentiae fuit non permittere, ut omnes in lege sive Mosaica, sive Evangelica interpretanda errarent, ita verosimile est, eum non permisisse ut in exponendis naturae legibus, aut in Dei cognitione, aut in vitae, ac morum regulis omnes Magistri, idest Philosophi hallucinarentur. quae res effecit, ut juxta Paulli sententiam Rom. primo, Graeci fuerint inexcusabiles; inexcusabiles ii fuisse viderentur, si omnium praeceptores omnes a vero deviassent.

Articulus tertius
De vera historicae auctoritate

Ut historicae huic auctoritatem conciliemus, illud principio statuendum est homines hominibus credere debere, nisi vita penitus movedegenda sit. Rem hanc Theodoretus loc. supra cit. lib. de fide rerum, quae non videntur et Aug. lib. de utilitate credendi late persecuti sunt. Hic cap. 12. sic arguit. Quaero enim, si quod nescitur, credendum non est, quomodo serviant parentibus liberi eosque mutua pietate diligant quos parentes suos esse non credant. non enim ratione ullo pacto scire potest; sed interposita Matris auctoritate de Patre creditur de ipsa vero Matre, plerumque nec Matri, sed obstetricibus, nutricibus, famulis creditur. nihil ergo humanae societati incolume remaneret, si nihil credere

ttabeamus. Pergit vero ostendere si credendum, nagis credendum esse sapientibus, et qui sapientia caret, non quaerere sapientem, nisi sapientem esse credat: quae consonant cum vulgari Aristotelis effato de quo supra facta mentio est, in facultate omni, et doctrina oportere discentem credere. Fides est praecedit scientiam, scientia fidem subsequitur. quare qui fidei hanc aris evertere conatur, ne dum stultus est, sed et scientiae viam claudit. Quid enim cognoscere possumus, si ea, quae videre alii nagemus, quia ipsi non vidimus? Sed considerandum jam quanta sit historicorum in Theologia auctoritas.

Conclusio prima.

Nemo historicorum praeter auctores sacros per se idoneus est ad faciendam certam in Theologia fidem.

Conclusio ea debet cuique manifesta. Quicunque enim historicus, et homo est, et ut homo loquitur, idest spiritu proprio et huic falli igitur potest et fallere. Quare non procul a vero, Flavius Vopiscus in Aureliano ait neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum cui a Julio Tiberiano porrecta manu responsum fuit: scribe ut libet, securus quod velis dicas, habiturus mendaciorum comites.

Conclusio secunda

Historici graves, et fide digni, quales nonnullos absque dubio et in ecclesiasticis et in secularibus habere probabile argumentum suppeditant Theologo tum ad ea, quae sua sunt, commovenda; tum ad falsas ad communem opiniones convincendas.

Hac pariter conclusio est explorata. Probatur vero. Non est hominis bene instituti, ac honesti viro gravi rem credibilem asserenti non credere. Libri enim rem credibilem. quamvis .. quae forte occurrerint in historia, quae vix, aut ne vix quidem credibilia sint quia ea negaverit historiae auctoritatem; contra non possit illorique tantus et qui credit cito levis corde est. et qui

nimis tardus e ad credendum, jure reprehenditur. Nam et e qui emittit verbum artem enarrans veritatem et e, qui nequiter humiliat se, et interiora ejus plena sunt dolo Ecclesiastici 19 n. 23. Multo vero magis reprehensione e dignus eo, qui dicto credit illa qui pertinacia quadam respuit credere, maxime auctoritatis notatis et gravibus. Siquidem in ore duorum, vel trium stat oe verbum Matt. 18, et hoc sufficit, ad convincendum in judicio reum, cur adversus rem, quam plures testes ut gestam comprobant, theologus, aut quispiam alius consurget. Quare Innocentius I. dicebat. cap. de Quibus recitavit, quod si nec quidem in libris theologicis [canonicis] invenias veritatem, canones Apostolicae Sedis intueare: si nec in illis ad catholicae Ecclesiae historias Catholicas et Catholicorum scriptas manum mitte.

Conclusio tertia.

Si summae probitatis, et gravis historici eandem rem gestam narrant, tunc earum auctoritate certum theologus ducit argumentum ad theologica dogmata confirmanda ostenditur. Dementis enim e non modo negare, sed etiam in dubium vertere, quae ipsi asserunt contigisse. Consentaneum e, ut ea solidum credamus, quae multi convenienter, ac si falsum diceretur, quod omnes narrant historici, consequeretur, inquit Aug. lib. 1 de moribus Eccl. Cath. cap. 29. omnium litterarum summa perversio, et omnium, qui memoriae mandati librorum abolitio. Cum igitur historicorum Omnium igitur historicorum consensio inveniatur aliqua enarranda, vel narrata certitudinem pariat. Hinc Petrum Romae et fuisse, et collocasse sedem, et pro Christo Martyrio coronatum fuisse, omnes graves historici tradunt, tota credidit antiquitas. et ex hoc certo probamus Romanum Pont. Episcopum Petro in Episcopatu et in supremi totius Ecclesiae pastoris dignitate succedere. Sic Concilium Nicenum tempore Constantini coactum, et a Silvestro tunc

versa Christi Ecclesia probatum, historici quique gravissimi quod tradant, ex hoc arguimus certo, Concilii Nicaeni statuta certa esse quia certum est Synodum Ecclesiae Oecumenicam saltem Pontifice probante errare non posse. Oecumenicam porro fuisse non una docet historia. Plurima hujusmodi sunt quae communi historicorum consensione firmata, praestant nobis argumenta ad theologica ratiocinia. Ideoque audeo dicere actum esse de omni Theologia. Nulla est de sacris literis satis nobis certitudo.

Sed inquies. Joseph virum Mariae alteram prius uxorem habuisse ex qua filios susceperit, qui fratres Domini in Evangelio dicuntur, tradunt Eusebius lib. 2. historiae Ecclesiasticae, Niciphorus lib. pariter 2. ubi et refert Hippolytum ejusdem sententiae auctorem, Ambrosius lib. de institutione Virginum Epiphanius lib. 2. contra haereses, aliique ante Hieronymum sparte conveniunt qui in cap. 12 Matthaei hanc historiam tanquam Apocryphorum deliramenta contemnit. quin et adversus Helvidium asserit audaci eam temeritate confictam. Nulla igitur historicis vel consentientibus fides habenda est.

Respondendum historicos rem illam non narrare, sed potius ex probabili eorum conjectura asserere, nec eos officio historici fungi sed Scripturarum interpretum, aut Theologi partes agere, quum testimonium aliquod sacrarum literarum perpendunt ex eoque veritatem aliquam se colligere posse putant. Quod ex eo quoque demonstrare deduci potest, quod nemo probatus auctor sit, qui asserat se Josephum Mariam, aliam Josephi uxorem aut vidisse, aut certis testibus accepisse. Sed quum in Evangelio fratres Domini legerentur, et religio vetaret filios Mariae judicare, aut suspicari, scripturae expositores conjiciendum hinc, quonam id pacto fieri potuerit ut veritas Evangelii cum Mariae perpetua Virginitate congrueret, ita quidam Jacobum minorem et alios quosdam putaverunt esse filios Josephi antea susceptos ex alia uxore, quam ante Mariam Christi Matrem ducerent. Reddebatur ex veritati enim Scripturae ubi nonnul-
ner. Jacobus, aliique dicuntur fratres Domini vel filii Mariae. Hieronymum rem diligentius

revocare ad trutinam, ut erat in sacris literis apprime versatus, multis probabilibus sustinet, eos, qui in scripturis fratres Dni aut filii Mariae vocantur cognationis aut consanguinitatis ergo hoc nomine appellari. Quod et Jacobus frater Domini vulgo cognominatus, filius Josephi non fuerit ex Evangeliis manifeste videtur posse colligi. Marcus enim, qui eodem, recens. cap. 6. fratres Dni vocatos recensuerat, eos cap. 15. filios cujusdam Mariae scribit esse, quae nimirum uxor Josephi esse non poterat, nisi duas illum eodem tempore uxores habuisse contendas, Mariam Virginem, et alteram Mariam quod nulla ratio probat nulla docet historia. Quinimo enim pauperem, qui vix unam alere et sustinere poterat, duarum conjugum onera subiisse et imprudentiae, et incontinentiae fuisset. Cavero vitia viro, uti fuimus ostensum, justo, imo impium. Addo brevem aliam, sed valde solidam responsionem, quod nimirum Maria Mater Jacobi Joannis 19. v. 25. dicatur Maria Cleophae, Stabant autem juxta crucem Jesu Mater ejus et soror Matris ejus Maria Cleophae. Cleophas autem erat frater Josephi ut Eusebius historiae lib. 3 cap. 11. ex Hegesippo refert, et vir Mariae, cujus volunt [illegible] in allato testimonio appellatur: ut fratres ejusdem Mariae, Cleophae, utique Jacobus minor, utique, qui in Evangelio fratres Dni appellantur, filii erant non Josephi sed Cleophae fratris Josephi. Sed de his disputatum e ab aliis diligentius. Nolo in medium nimis regredi. Tantum dicimus, hinc fidei historiae non periculum. Alia vero multa sibi objicit et dissolvire erudite, ac docte dissolutiones, quae posteaque quo tempus [illegible], hunc finem faciam et claudam cum Martiali

Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala plura,
Quae legis hic. Aliter non fit Avite liber

De Verbo facto homine,

seu de mirabili incarnationis misterio

Liber singularis

Manifeste magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum in spiritu, apparuit Angelis, praedicatum gentibus, creditum in mundum, assumptum in gloria, ait Apost. 1 Timoth. 3. 16. Quo[illegible] verum misterii cum magnitudo, tum obscuritas [illegible]. [illegible] norunt et Patres, inter quos Dionisius de Divinis nominibus cap. 2. § [illegible], inquit, in carne apparitio, et ineffabilis sermone omni, et omni ignota intelligentia ipsi quoque Angelorum primati non cognita (scilicet plena, et perfecta). Sua tamen verum non [illegible] [illegible] Theologum ad investigandum, quantum hinc datur, hoc misterio deterrere, sed monere potius, ut in illo scrutando, ac disputando primas, potioresque partes sibi [illegible] [illegible] vindicet, eaque duce hinc [illegible], et industria gubernetur. [illegible] magnum bonum [illegible] inquisitio veritatis, [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] devota non [illegible] [illegible], si verbis ac [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Caput primum

Ingressus in misterii investigationem

In principio operis [illegible] [illegible] misterii [illegible], et dogmatis [illegible] tradere, tum contrarios errores [illegible] aliquos [illegible] commendare. [illegible] igitur

Articulus primus.

De [illegible] misterii, et orthodoxi dogmatis de incarnatione Verbi

[illegible] [illegible] nominibus [illegible] [illegible] hoc misterium significatur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], sed [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] factum [illegible] [illegible]

3

[illegible] captivos, qui [illegible] redimeret. Dicitur secundo unitas, et [illegible] [illegible] Luc. [illegible] v. 68 visitavit, et fecit redemptionem plebi suae.

Dicitur tertio Œconomia, sive dispensatio, quod nomen apud veteres [illegible] græcos usitatissimum, qui generatim omnem [illegible] [illegible] disputationem partiri, et dividere solent in theologiam [illegible] [illegible] [illegible] perfectionibus, et œconomiam, quæ [illegible] incarnatione, sive [illegible] [illegible] tractat.

[illegible] parte [illegible], qui ex Patre mittitur dicitur primo [illegible], [illegible] [illegible] natura [illegible] [illegible] 2. v. 7. exinanivit semetipsum formam servi accipiens [illegible] 2 v. 16 nusquam angelos apprehendit sed semen Abrahæ apprehendit; item loquendi modum aliquando improbavit, ac rejeci [illegible] [illegible] Nestorianis [illegible] [illegible], maxime quum dicerent Verbum assumpsisse hominem [illegible] loquendi modo, [illegible] illum [illegible], [illegible] non tantum naturam [illegible] et personam [illegible] assumpsisse: unde consequens [illegible] [illegible], duas esse in Christo [illegible] unione duntaxat morali inter se conjunctas et [illegible] [illegible], et substantia Deum esse, sed qualitas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Nestorii [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], a Verbo assumptum hominem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], joannis [illegible] v. 38 descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me [illegible] [illegible] v. [illegible] multi seductores exierunt in mundum, qui non [illegible] [illegible] Christum venisse in carnem. Dicitur tertio exinanitio, [illegible] [illegible] epiphania, Phanerosis, [illegible] manifestatio, et degradatio, quæ sua nomina desumpta sunt ex [illegible], in quibus [illegible] [illegible] exinanivisse semetipsum esse manifestatus in carne.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]

in nos influxerunt, vocatur incarnatio et habitatio, iuxta illud Joannis 1. v. 14. Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis, et quandoque conversatio. Unde Isaiæ 7. v. 14. Christus vocatur Emmanuel, idest interprete s. Mattheo cap. 1. v. 23 nobiscum Deus. Quod si misterium incarnationis spectetur in se, et ratione sui, illud ab antiquis dicitur, unio, unitas, Adunatio, naturarum scilicet duarum græce enosis, et sinaphia. Dicitur etiam mixtura, commixtio, non ea quidem, qua permiscentur, et confunduntur naturæ, ut putavit infelix Eutiches, sed qua intime uniuntur, unione hipostatica, ac personali divina et humana natura. Inveniuntur quoque nomen corporationes, et incorporationes. Sed nomen omnium aptissimum, et communi theologorum usu comprobatum est incarnatio græce sarcosis. Ex dicto s. Joannis superius laudato verbis compositum Verbum caro factum est, non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in unitatem. Carnis nomine per sinecdochen tota, et integra intelligitur humanitas more Scripturæ. Genesis 6. v. 12. Omnis caro corruperat viam suam, et Lucæ 3. v. 6 videbit omnis caro salutare Dei, idest omnis homo.

Unio id facile, et recte definiri potest incarnationis seu carnationis misterium hoc pacto: unio personalis, et hipostatica naturæ divinæ, ac humanæ in una Verbi Divini persona, ex qua unus est Christus Deus homo. Unio itaque est primo unio personalis, et hipostatica, idest physica, per quam hipostasis Verbi et unio non moralis tantum, et metaphorica; ut ex gratia, et adoptione. Quare s. Thomas opusculo 50. cap. 6 quia inquit secundum quantitatem virtutis, quam Deus exercet in creaturas magis, et minus dicitur creatura uniri, patet, quod cum efficacia divinæ virtutis humano intellectu comprehendi non possit sublimiori modo Deus est creaturæ uniri, quam intellectus humanus capere possit. Quodam ergo incomprehensibili, et ineffabili modo dicimus Deum unitum esse humanæ naturæ in Christo non solum per inhabitationem, sicut in aliis sanctis, sed quodam modo

singulari, itaque hum. nat. est quodam Filii Dei nat., ut Filius Dei,
qui ab aeterno habet naturam divinam a Patre, ex tempore per assumptio-
nem mirabilem habeat humanam naturam ex genere nostro. Ita unionem
physicam exprimit S. Thomas, qui ab ipso Christo audire meruit bene
scripsisti de me Thoma, quam ergo mercedem accipies? [illegible]
utinam sequamur.

Christum esse in una Verbi persona, atque unus est Christus,
quia in hac admirabili unione non remanet personalitas humana, idest
subsistentia creata hum., sed a persona Verbi suppletur. atque hinc
non sunt duae in Christo personae, sed una; nec duo Christi, sed unus
est Christus [illegible] unitatem scil. hypostasis Verbi, humanitatem assumen-
tis, sibique physice unientis juxta professionem orthodoxae fidei in
Symbolo S. Athanasii, quae continetur his verbis — est ergo fides recta,
ut credamus, et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius
Deus, et homo est. perfectus Deus, perfectus homo; qui licet Deus sit,
et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conversione divi-
nitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino
non confusione substantiae, sed unitate personae. — Haec ibi, quibus ni-
hil [illegible] accuratius [illegible] de hoc mysterio dici poterat. Conc.

Eandem fidei [illegible] exponunt, et [illegible] Patres [illegible]
[illegible] Chalcedonensis [illegible] sequentes igitur, ajunt, Sanctos
Patres, unum, eundemque confiteri Filium et Dominum nostrum Jesum
Christum consonanter omnes docemus, eundem perfectum in Deitate,
et eundem perfectum in humanitate, Deum verum, et hominem verum,
eundem ex anima rationali, et corpore, consubstantialem Patri secundum
Deitatem, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, per omnia
[illegible] nobis absque peccato, ante saecula quidem de Patre genitum
secundum Deitatem, in novissimis autem diebus eundem propter nos, et

propter nostram salutem ex Maria Virgine Dei genitrice … humanit… unum, eundemque Christum Filium Dominum, Unigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indivise, inseparabiliter agnoscendum: nequaquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magisque salva proprietate utriusque naturae, et in unam personam, atque subsistentiam concurrente, non in duas personas partitum, aut divisum, sed unum, eundemque Filium, et unigenitum Deum, Verbum Jesum Christum … hanc symboli Athan. et Concilii Calcedonensis duplici testimonio accurate delineatam substantiam mysterii incarnationis, eiusque ipsius partes, quas in hujus tractationis adito ante oculos ponere necesse fuit, ut hac praelibata cognitione, quae dicturi sumus posthac, facilius intelligatis.

Articulus secundus …

Synopsis oppositorum errorum

Contra magnum hoc pietatis Sacramentum … … narratum … … prosequendum) quatenus manifestatum in carne, ut cum Apostolo dicamus, justificatum in spiritu (signis divinis), quod apparuit Angelis in praesepio, praedicatum gentibus, creditum in mundo, … quod ex gentibus, judaei, et pseudo-christiani, idest haeretici impii exorti sunt errores. Nam Dei Verbi incarnationem irrident gentiles, quibus mysterium hoc … stultitia … illud inficiantur judaei, quibus … scandalum, de quibus mentionem facit Apost. … 3, nos … … judaeis quidem … gentibus … stultitiam … haereticorum, quantum in ipsis illud … … … … et … manifestae ut nulla in praesens opus sit historica notitia. Haereticorum potius errores aliquam indigent enarrationem … … … … … evangelii … q. 45 … … … … … … … …

Haeretici primi generis, qui Christi divinitatem impugnant

Christi divinitatem infitiati sunt omnes haeretici, qui Verbum, seu in trinitate personam omousion, seu Patri consubstantialem negarunt, flagitiose asserentes, Verbum autem esse ex nihilo, seu ut vulgo loquebantur, ex non extantibus, deinde in tempore factum esse filium, quemadmodum Ariani potissimum. De his sermo habebitur longior, ubi de Trinitatis mysterio. Nunc eos perstringam, qui putarunt tantum esse Christum, et purum hominem. Hujus generis initio Ecclesiae orti fuere Cerinthus, ejusque discipulus Ebion. Hi docuere, Christum tantum ex Josepho, et Maria via ordinaria genitum fuisse. Hinc, ut Hieron. lib. de scriptoribus ecclesiasticis testatur, Joannes Evangelium suum data opera contra Cerinthum conscripsit, atque de Divinitate Verbi studiosius scriptum tractavit. Addendi sunt Nazareni, sive Nazaraei, aut Nazorei, qui ut ait Theodoretus, Christum tanquam hominem justum honorant: Carpocras, Elkesaitae, seu Elcesei, Theodotus, Artemon, Paulus Samosatenus sec. 3o Antiochenus episcopus, de quo Philastrius in catalogo haeresum 2 [illegible]: hic Christum hominem justum non Deum verum praedicabat, judaizans potius, qui et circumcisionem docebat, unde et Zenobiam quandam Reginam in oriente, tunc temporis docuit judaizare. Hunc magistrum secutus est Photinus Sirmii, unde oriundus erat episcopus, teste eodem Philastrio, item Epiphanio. Omitto [illegible] [illegible], [illegible] quod non docuerit mali.

Haeretici secundi generis,

qui veram Christi negarunt humanitatem

Et quamvis veram Christi humanitatem reapse infitiantur tam qui totam, tam qui partem, ut animam, vel corpus, vel rationem, aut etiam humanitatis proprietatem, et voluntatem humanam Christo adimunt. Ideo ea hujus secundi generis haeresis in plures species, seu classes subdividitur. Nam alii omnino humanam [illegible], [illegible] negarunt, et fictam tantum, [illegible]

umbratilem admiserunt, ut Saturninus, et Basilides, ac Menander, qui Simonem Magum audierant. Valentinus item in excogitandis figmentis [illegible] apud Sextul lib. de Praescript. cap. 49. His convenere Cerdon, et Marcion teste eodem Sextul lib. cit. cap. 51 subsequitur [illegible] quidam Marcionis sectator, cui accessere Manichaei sic dicti ab eorum auctore Manete, quorum insanos errores refert Augustinus lib. de haeresibus num. 46. Annumerari his possunt etiam Priscillianistae, de quibus [illegible] epist. 173 apud [illegible] cap. 4. Christum Dominum in vera humana natura esse non crediderunt, sed per quandam illusionem [illegible] videri voluit quae vera non fuerint, sequentes dogmata Cerdonis, atque Marcionis et cognatis suis Manichaeis per omnia concordantes.

Alii fuerunt qui Christum anima, vel mente humana spoliarunt, ut Arius, et ex eo Ariani non autem veram [illegible] divinitatem [illegible], ut auctore S. Athanasius lib. de salutari adventu Christi. Arius quidem [illegible] inquit se [illegible] divinitatis confitetur; [illegible] autem [illegible] nostri hominis, idest animae, [illegible] in Christo [illegible] passionem [illegible] resurrectionem divinitati [illegible] Apollinaristae conveniunt, teste Socrate lib. 2 historiae cap. 46 [illegible] quos enumerari possunt in tertio genere haereticorum.

Alii [illegible] physicam [illegible] inter [illegible] humanam [illegible] conjunctionem, ut Nestorius, et Nestoriani [illegible] contraria ratione [illegible] Eutyches Archimandrita [illegible] Monasterii Constantinopolitani, qui unam duntaxat, facta adunatione, in Christo naturam [illegible], [illegible] defendi non potest [illegible] unam in Christo, non duas. Ex Eutychianis quasi ex fonte rivus, [illegible] radice surculus prodierunt Monothelitae qui unam tantum in Christo voluntatem, et operationem agnoverunt. [illegible] voluntates, aut [illegible] operationes [illegible] in incarnatione [illegible] Christi [illegible];

nec si membratim incidar, et immolar in Mare, respondit Macarius Antiochenus Patriarcha Monothelitarum patronus a Synodo VI rogatus, ut suam aperiret fidem, ac sententiam. Hi quoque, aliquo vero modo ad tertium illud genus hæreticorum referendi sunt.

Porro alii fuerunt hæretici, qui ut ait Tolomeus obscure indirecte et quasi oblique impugnarunt orthodoxum incarnationis misterium. Sic Elipandus primo, et Felix Toletanus [Urgelitanus] in Hispania Episcopi sec. 8 cadente dixere, Christum non esse Dei filium naturalem, seu proprium, sed adoptivum duntaxat quam errorem si credas Baronio aliisq. primo damnavit S. Paulinus Patriarcha Aquilejensis, secundo [illegible], et Ubiquistæ, carni Christi attribuunt quæ divinitatis sunt propria, præsertim vero omnipræsentiam audentque dicere [illegible] in [illegible] prioris ad [illegible] dente corpus Christi seu assumpta humanitas [illegible] impiat et teneri. [illegible] [illegible] carne factum est [illegible] sine carne. [illegible] Anabaptistæ, et si qui sunt alii qui docent Christum non habuisse veram carnem ex Virgine. [illegible] Arriani aliqui ad Nestorium aliqui ad Eutychen accedere vidementur Auctores [illegible], qui, ~~consubstantia~~ quadam [illegible] orthodoxi, et oppositorum [illegible], nunc ad vero ipsum propius accedamus, statuamus veritatem misterii primo contra Judeos, deinde vero contra gentiles

Caput 2dum

De veritate et dogmate misterii incarnationis

Ante omnia [illegible] constare [illegible] et [illegible] [illegible] etiam in demonstrare, quod Christus sit Deus; [illegible] ostendere [illegible] Christum [illegible] Deum et [illegible] venisse, et sponte sequentur alia [illegible] paulo tardius [illegible] existentia incarnationis, quam [illegible], et [illegible] dogmatice ostendere neces-

mus adversus judeos, hostes praecipuos, et gentiles quando primis Christus est scandalum, sed ex eorum quidem malitia, aliis quidem stultitia de-inde addam partem speculativam, qua duo alia directiat, possibilitatem nempe, et convenientiam incarnationis. Nam ex his omnis capiti[?] sume-runt incarnationis hostes, quibus nefariis conatibus veritatem nostri instituti

Articulus primus

Asseritur dogma misterii incarnationis.

Adversus judeos autem quaestiones duas dogmaticas pertractare necessa-rio debemus: an Messiam jam advenisse ostendi possit ex veteri testamen-to, ab omnibus etiam admisso, et utrum ex scripturis contra eosdem ostendi possit, Jesum Christum ex Maria natum Augusto imperatore, et suis signis claris[?] cunctis affixum, fuisse verum Messiam, igitur convertamur e vestigio contra judeorum pervicaciam

Conclusio prima

Messiae adventus, qui humanam naturam peccato perditam reparavit, invicte ostenditur veteris scripturae, ac praesertim vaticinio Jacob genese-os 49. Traditur conclusio Jacob Patriarcha morti proximus geneseos hoc ait convocatis filiis, divino afflatus spiritu, quaeque ipsorum posteris eventura erant, enuntians, judam sic alloquitur. Non auferetur sceptrum de juda, et dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. [?] in vulgata latina, quam synodus tridentina authenticam definivit. Vel ut ex textu hebreo redditur. Non rece-det sceptrum de juda, et scriba, sive legislator de medio pedum ejus, do-nec veniat Silho, idest mittendus, aut ut alii vertunt, pacificus, sive Mes-sias, cui nationes servient. Vel ut habet caldaica paraphrasis. Non auferetur qui facit potestatem de domo juda, et scriba de filiis filiorum ejus usque in seculum, donec veniat Messias, cujus est regnum, et ei obedient po-puli. Aut demum ut hic eo[?] [illegible] Non deficiet Princeps ex juda,

donec veniant, quæ reposita sunt ei, idest donec adveniant eximia il-
-la bona, et bona [illegible] per Messiam in tribu juda oriundum hac generi
sunt conservanda, ut apud Iraeneum legitur Aug. lib. 12. contra Faustinum
cap. 42. vel ut multi Patres legerunt, donec veniat, cui repositum est regnum
totius mundi; spirituale jurisdictionem, quam Christus per se ipsum admini-
stravit. jam vero sic

In celeberrima hac vaticinio prædicit Jacob supremam
potestatem, sive regiam, sive ducalem gubernandi leges ferendi
et judicandi a tribu juda, ut nonnulli exponunt, aut a tota gente judai-
ca, ut aliis placet, auferendam non esse, donec veniat qui mittendus est;
nimirum Messias, sicut vertit Caldaeus paraphrastes, et præsefert eb-
raica verborum sensus, ac propterea confirmat interpretum consensus.
Enim vero Sceptrum præfert supremam potestatem, cujus insignia
[illegible] [illegible] et [illegible], [illegible] vero, qui mittendus est [illegible] est
[illegible] [illegible] Messiam indigitant, qui missus dicitur aut mit-
tendus, propterea quod mittendus erat ad opus prædestinationis [illegible]
[illegible] hac [illegible], [illegible] [illegible], juxta Prophetarum vaticinia
ac promissa [illegible] [illegible] et omnes gentes servient ei Michea
4 [illegible] [illegible] [illegible] cunctis gentibus [illegible] [illegible] [illegible]
gentes deprecabuntur; et alibi [illegible] [illegible] omnis suprema po-
testas sive regia, seu ducalis, sive [illegible] [illegible] [illegible] ablata est, et vero
sit non modo a tribu juda, sed etiam a tota judæorum gente et quidem ex
juxta prophetiam Oseæ cap. 3. v. 4. dies multos sedebunt filii Israel
sine Rege, et sine Principe [illegible] [illegible] [illegible] ab hinc seculis, et ultra
Tertullianus in Apologetico cap. 21 de judæis ita [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible], [illegible] extorres [illegible] [illegible] per [illegible] sine homine, sine Deo
[illegible], quibus nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio
salutare conceditur. [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]

[illegible] sua ubique servitute sub alieno imperio, sine templo, sine victimis, sine sacerdotibus, et sacrificiis protrahuntur. [illegible] fulgentissima illius vaticinii sententia Dño afflante pronuntiata, dicam [illegible] ab hinc multis seculis Messiam jam advenisse, cujus Messiae adventu qui [illegible] peccato perditam reparavit, insigniter ostenditur Scripturis ac praecipue vaticinio Jacobaeo.

Producto Danielis par existimari solet claritate, et [illegible] [illegible] [illegible] c. 9. v. 24 quanquam historiae difficultatibus valde implexae. Quum igitur propheta Daniel preces ad Deum preces supplex postularet populi a diuturna Babylonica captivitate liberationem auditus a Deo Gabrielis Archangeli ministerio cognovit non tantum quo tempore populus liberandus foret a temporali captivitate, verum etiam quo advenire deberet Messias, qui populum suum a spirituali daemonis captivitate liberaret in libertatem filiorum Dei, [illegible] [illegible] notatis fere singulis adventus, passionis, et mortis Christi circumstantiis. Ecce tibi verba Prophetiae: Scito ergo, animadverte sermonem, et intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum. Scito ergo, et animadverte: ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duae erunt, et rursum aedificabitur platea, et muri in angustia temporum, et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, et non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, et in medio hebdomadis deficiet hostia, et sacrificium et erit [illegible]

templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem, et finem
perseverabit desolatio. In quibus verbis Propheta, ut ait Hieronymus
in praefatione suorum commentariorum super duodecim prophetas
aperte pronuntiat adventum Messiae, quoniam ad tempus, et plu-
res adventus circumstantias ac tempora designat annorumque numerum.

Juxta hanc [illegible] numerandae sunt septuaginta, seu po-
tius 69 hebdomades ab edicto de restauranda urbe Jerusalem, seu
restaurando ejus templo usque ad Christum ducem, juxta illud: ab
exitu sermonis, ut iterum aedificetur Jerusalem usque ad Christum ducem
hebdomades 7 et hebdomades 62 erunt, id est 69. Atqui evidens est 70
illas, sive 69 hebdomades ab Angelo Gabriele praedefinitas jam a mul-
tis saeculis effluxisse. Ergo manifestum est ex hoc Angeli Gabrielis, et
Danielis vaticinio, Messiam jam advenisse, quicunque interim ille
sit. Major propositio manifestissima est ex disertissimis scripturae verbis.
Sequens quoque propositio palam constat. Licet enim propter
quandam historiae, et chronologiae obscuritatem non ita perspicuum sit
quo interpretes [illegible] determinate, [illegible] a certa epocha
harum hebdomadarum initium sumendum sit; alii enim ab initio captivita-
tis temporis [illegible] principium sumunt; alii post [illegible] captivi-
tatis, ab initio restaurationis templi, et civitatis, alii ab edicto de
[illegible] Jerusalem aedificanda; quatuor autem [illegible] edicta, primum
a Cyro [illegible] secundum a Dario [illegible] tertium ab Ar-
taxerxe [illegible] anno imperii ejus [illegible] quartum demum ab eodem
Artaxerxe anno regni ejus 20 [illegible] [illegible] paulo [illegible]
[illegible] principium [illegible] et quamvis ob hanc historiae obscuritatem
[illegible] aliqua [illegible] videatur, [illegible] [illegible], ac nonnulli [illegible]
[illegible] [illegible], tamen [illegible] hebdomades [illegible] multis [illegible] saeculis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

enim, siquidem a judaeis hebdomadas duobus tantum modis accepta legi-
tur in scripturis sanctis, nempe, vel pro 7 annorum circulo, et sic vibit,
vel pro septem annorum, et favetur. Si sermo de hebdomadibus dierum
Messias apparuisset jam post annum, et dimidium; si vero de hebdoma-
dibus annorum, ut re ipsa dicendum est, denuo constat, denuo eum Messiam
interfici oportere post 490 annos ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur
Jerusalem, siquidem tot annos efficiunt septies septuaginta. Quis vero
ignorat post annos 490 ab exitu ejus sermonis plura effluxisse secula.

Undecunque exordium sumpserint dictae hebdomadae, certum est, inquit eru-
ditus Sotti, in medio hebdomadis septuagesimae occidendum esse Christum,
ita et illis jam expletis Messias jam venerit, et occisus fuerit, sed heb-
domades illae jam a multis seculis expletae sunt. Nam hebdomades 70
faciunt annos 490, si sumantur pro hebdomadibus annorum; si autem
sumantur pro hebdomadibus dierum faciunt solummodo dies 490.
Qui certe dies, sive anni jam transierunt, quum a tempore, quo Daniel
vaticinii loquebatur, fluxerint anni plusquam

Articulus secundus

Judaeorum objectamenta depelluntur

Plura judaei effugia excogitarunt; ac primo contendunt, Jasour non
R. nego paritatē. Cum enim è existentia sit illud, per quod res simpliciter è extra nihil, intelligi non pt quomodo res aliqua sit extra nihil, seu existat existentia aliena: at non subsistentia etc. Secundo intellectio è actio vitalis, quæ necessario profluere debet a principio proprio, et interno vitaliter agente. Quare fieri nequit etc.

Articulus 2.

De Incarnationis convenientia.

Prænotiones.

Conveniens generatim, et late sumptũ idē sonat, qd bonū aut est quod possibile. Proprie in acceptione e i, qd expedit, accedit et hoc multifariã. Sed quod tunc, hujusmodi i, tum quia congruit nãli rei cujuspiã conditioni de se bona, ad utilitatem, vel delectationē illi conciliandā; tum quia aliquid efficiendæ bonitatis, et gloriæ manifestationē. Cum postremā convenientiæ speciem in ordine ad Dnã gloriã manifestandā omnia sunt opera dña, per quæ veniunt assurgimus ad cognoscendū Deū, juxta Apost. Rom. 1. 20. invisibilia ipsius, Dei, a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur

[illegible]

in [illegible] nec [illegible] pt controversia, ~~in [illegible]~~ quod [illegible] attinet. Is ē n sese omnino [illegible]. Neq. [illegible]

... ex modo intrinseco sibi de novo, et aliunde omnique pt. ... cum foret si ... delectationis convenientia qua ... excitaret. Nulla ... intrinseca delectac, aut delectationes inveniuntur. ... de novo accrescere ... pt. ... ... sou pt., an, et cur fuerit Deo conveniens incarnatio ac humiliare ... ex ... et gloria manifestationem. ... hac convenientia conditione, ... disputari ita pt., ut quae ... provenire queat quaesitum ... primo in convenientiis fuerit ... sibi assumere naturam ... secundo, an conveniens fuerit, id fieri etiam supposito peccato ... an conveniens fuerit humanam potius naturam, quam angelicam assumere. Quartum demum, an conveniens fuerit, naturam humanam hypostatice assumi potius a Filio, quam a Patre, aut ...

... ... quaeri ..., an ... sive nunc ... assumpta, et praeterea ... universa convenienter fuerit incarnatio ac passiones ... nostra ... multiplex convenientia ... dicitur, quod illi competit juxta ... naturam et exigentiam, ut ajunt, quo ... ... quatenus ... perfectionem confert, quamvis non necessariam ... primo modo ... incarnationem non ... humanitatis ... convenientis, cum ... supra omnem ... exigentiam ... ... speciatim ... et ... supra ..., ut docet communis et vera sententia ... S. Thomas 3. p. q. 1. art. 1. Difficultas ergo est pt. de posteriori modo.

Conclusio I.

Incarnatio fuit maxime Deo conveniens.

Est sententia S. Thomae loc. ... Probatur. ... illud maxime Deo convenit, quod confert id illius praecellentiae manifestationi ...

conveniens est ut per visibiles effectus invisibiles ejus perfectiones demonstret. At per incarnationem maxime elucent Dei perfectiones, ac praecellentiae, ut cum Apostolo Rom. 1. docent Patres, ut Joannes Damascenus lib. 3. de fide cap. 1. et S. Thomas loc. cit. in argumento Sed contra his verbis = Per incarnationis mysterium monstratur simul bonitas, et sapientia, et justitia, et potentia Dei, vel virtus. Bonitas quidem, quoniam non despexit proprii plasmatis infirmitatem; justitia vero quoniam homine victo, non alio, quam homine fecit vinci tyrannum, neque vi vicit ex morte hominem; sapientia vero, quoniam invenit difficillimi pretii decentissimam solutionem; potentia vero, sive virtus infinita quia nihil est majus, quam Deum fieri hominem = Postremam hanc perfectionem Divinam docet venire incarnatione commendari, et manifestari, et hoc mysterium propter sui excellentiam opus Dei dicitur Habacuc 3. Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud. Et Sanctis. Virgo in cantico vocavit illud opus omnipotentis brachii Dei: fecit potentiam in brachio suo. Quam [illegible] veritatem S. Bernardus serm. 3. in vigilia Nativitatis Domini sic exornat his verbis, quae omittere nullo modo possumus. Tria inquit opera, tres mixturas, fecit omnipotens illa majestas in assumptione nostrae carnis tam singulariter mirabilia, et mirabiliter singularia, ut talia nec facta sint, nec facienda sint amplius super terram. Conjuncta quippe sunt ad invicem Deus, et homo, mater, et Virgo, fides, et cor humanum. (Prima est illa commixtio [illegible] commendat) voluit inferiora nostrae [illegible] gloriae sublimare, et converrit se majestas ut quod melius habebat, vilificaret se in limo nostro infungeret, ut in persona una sibi invicem unirentur Deus et limus

majestas, et infirmitas; tanta vilitas, et sublimitas tanta: nihil Deo sublimius, nihil vilius limo; et tñ tanta dignaone Deus descendit in limum, tantaque dignitate limus ascendit ad Deum, ut quidquid in eo Deus fecit, limus fecisse credatur, quidquid limus pertulit, Deus in illo pertulisse dicatur. Jam istoli ũ, quã incomprehensibili sacramento Et attende, sicut in illa singularitate Trinitas ẽ in Personis, unitas in substantia; sic in ista speciali commixtione Trinitas ẽ in substantia, in Personis unitas; et sicut ibi Personae non scindunt ~~com~~ unitatẽ, unitas non minuit Trinitatem; ita et hic Personae non confundit substantias, et substantiae sua Personae dissipant unitatem. Summa illa Trinitas nobis nobis exhibuit Trinitatẽ, opus mirabile, opus singulare inter õia, et super õia opera sua. Verbum ẽ, et aã, et caro in unã convenere Personã, et haec õia unũ, et hoc unũ tria non confusione substantiae, sed unitate personae; haec ẽ prima, et superexcellens mixtura, et haec prima inter tres. Incarnaõ ergo ut Deo maximẽ conveniens.

Sequitur argumentũ, qd afert Angelicus Praeceptor in eodem art., ex naã Dñã bonitatis petitum, quod ita licet exponere. Quemadmodũ Bonitatis generatim inspectae proprium ẽ sese communicare, juxta generale principiũ, quod ex Dionysio de Divinis Nominibus refert idem Doctor Angelicus, Theologorum, et Phõrũ commune; de raõne boni ẽ esse diffusivũ sui; ita summae bonitati conveniens ẽ summopere se se communicare, sive ut S. Thomas loquitur, ad raõnem summi boni pertinet, quod summo ~~bon~~ modo se creaturae communicet, communione quidẽ, et diffusione, jam necessaria, jam libera. Duplex ẽ ẽe nobõna bonitatis summa communicaõ ac diffusio, altera scilt per sentiam

[illegible]ntitatem, ut contingit in dre nate communicatione, nec seu rationem, et fecunditatem luminis, ac cognitionis, qua Pater eternus sese communicat Filio, qui Deus è Deo, lumen de lumine Deus verus de Deo vero; vel per fecunditatem amoris qua Pater et Filius divino extra se ipsos estuantes amore producunt Spiritum S., qui Patris ac Filii mutui amoris fructus et terminus; altera vero per substantialem Deitatis unionem ad aliqua natura creata in divini suppositi unitate; atque hec contingit in incarnationis misterio. Ex duabus istis communicationibus prior, qua dicitur ad intra, e necessaria; posterior vero, qua dicitur ad extras è Deo libera; Summa igitur communicatio ad extras summe [illegible] ut summa Bonitas c, maxime conveniens. Ergo cum communicatio per unionem hipostaticam omnium communicationum [illegible] extra sit maxima, consequitur eam esse summe Deo convenientem. [illegible] consequentia [illegible] homo [illegible] [illegible] unde ad rationem summe boni pertinet [illegible] summo modo se creature communicet, quod quidem maxime fit per hoc quod naturam creatam sibi conjungit, ut una persona fiat ex tribus verbo anima et carne, sicut dicit [illegible] 13 de [illegible] Inde manifestum è [illegible] unione [illegible] Deum [illegible]
At vero quia bonum [illegible] summi boni ad extra valent [illegible] è major et excellentior. Cum Deus sit omnipotens, ait [illegible] Augustinus plus dare non potuit, cum sit sapientissimus, plus [illegible] non [illegible] cum sit ditissimus, plus [illegible]

Conclusio II.

Incarnationis misterium, quamquam è supra [illegible] nostrum et conditionem, [illegible] humanae [illegible], [illegible] maxime conveniens.

Conclusio, quae lucet, per se, facile ostenditur. Nam per incarnationem humanitas assumpta elevata est ad supremum dignitatis gradum inter creaturas omnes ut qua altius extollatur non habeat sicut [illegible] [illegible] capite [illegible] loquitur [illegible]. Per hoc enim mysterium [illegible] ut hoc veluti communicatione sit Deus, et omnibus Angelis superior ac sublimissimarum singularium perfectionum particeps. Ac quamvis dignitas haec, et praecellentia individuo illius naturae quae assumpta est, propria videatur, ac singularis, nos tamen modo in universam humanam naturam diffunditur cum haec assumptio et dignitas humanae naturae collata sit.

Confirmatur conclusio quoad secundam partem. In Incarnatione enim [illegible] homines, et a malo revocantur, et promoventur ad bonum. Nam cum omnis mali fons et origo sit vel a Diabolo instigante, vel a carne alliciente, vel a mente decipiente, huius hic totius praevaricationes fons, et radices per Verbi incarnationem adimuntur, et evelluntur. Siquidem per eam exauctoratus est Diabolus; nam in hoc apparuit Filius Dei, ut dissolveret opera Diaboli et Princeps mundi ejiceretur foras. Propterea in redemptione ut ait Augustinus [illegible] tanquam pretium pro nobis datus est sanguis Christi quo accepto Diabolus non est ditatus sed ligatus, ut nos ab ejus nexibus solveremur. Caro pariter sua origine vitiata per assumptionem, et unionem cum Verbo sanata, ac consecrata est. Cum enim in Christo inhabitet tota plenitudo Divinitatis corporaliter, inde factum est ut corpora nostra membra Christi membra sint, [illegible]. Itaque caro quae peccati alliciebat, facta est arma salutis, et justitiae. Nam et ait Tertullianus lib. de Resurrect. carnis cap. 8 Caro salutis cardo est [illegible] abluitur ut anima emaculetur, caro signatur ut anima muniatur, caro manus impositione adumbratur ut anima [illegible] caro corpore et san

quia Domini videtur, ut ad Deum sequendum =. Tandem mentis elatio et superbia frangitur. Sic, ut loc. cit. Aug. loquitur, superbia hominis quae maxime impedimento est, ne inhaereatur Deo, per tantam Dei humilitatem redargui potest, atque sanari.

(Dixi) Incarnationis beneficio hominem et a malo revocari, quod ostensum est, et ad bonum promoveri, quod inde constat, quod in Incarnatione praeclarissimum virtutum omnium exemplar homines habeant. Sic et verum ait Aug. serm. 371 de diversis, homo sequendus non erat, qui videri poterat: Deus sequendus erat, qui videri non poterat; ut ergo exhiberetur homini, qui videretur ab homine et quem homo sequeretur, Deus factus est homo.

Sed frangendus impetus adversariorum pugnantium in primam conclusionem, qui ita disserunt. Minus conveniens est, ut qui excedit magna, contineatur in minimo, et qui immensa curat magnorum, ad parva se transferat. Sed Verbum est Deus, qui totius mundi curam gerit, quem tota rerum universitas capere non potest, et adeo excedit magna. Ergo conveniens non est, ut inter angustias vagientis infantis lateat, cui angusta censetur universitas, et tamdiu a sedibus suis absit ille Regnator, atque ad unius corpusculi totius mundi cura transferatur et appareat et sistat, [illegible] a Iuliano.

Ego vero hunc Iuliani argumentum, quod ex falsa Christi apprehensione ortum ducit, sequens Catholicam religionem numquam [illegible]. Deus ita animae humanae [illegible], ut animae universitatis gubernatio curam adjiciat vel Verbum et ad corpusculum illud quasi translatum et constrictum deponat, et curam mundi amittat, aut immensitatem suam contrahat. Deus igitur non more corporum [illegible] virtute magnus, summus, et immensus nullas in angustiam partes [illegible], nec parvo [illegible]

scriptus è corpusculo, sed incircumscriptus remanet universi rerum omnium Dominus, et Moderator sapientissimus. Exemplum aliquod suppeditat idem S. Aug. in verbo nostro hic transeunte, quod ita auditur ut a nemine circumscribatur.

Insurgunt novus: Deus è ipsa bonitas, ac perfectio, seque ab aeterno optime se habebat, quin conjunctus esset cum convenientissimum erat fuit sic esse, et permanere, quemadmodum ab aeterno fuit. Confirmant ex incarnatione Verbi Divini ea, quae sequuntur absurda. Hinc se mittitur primo homines multo majori charitati, et amoris gratia flagrare debere in Verbum quam in Patrem, et Spiritum S. Verbum enim assumpta carne factum est nobis in salutem, et innumera contulit beneficia. At conveniens non est, ab hominibus majorem Verbo amorem quam duabus reliquis personis deberi. Hinc sequitur 2do praetermissam a Verbo [illegible] naturam Angelicam naturam mere spiritualem, et nobiliorem; humanamque assumptam esse ex parte corporeâ, et Angelica ab illo inferiorem. Accedit illud Angelis nimirum per hanc naturae assumptionem injuriam illatam esse. Angeli enim si Verbum hoc carne indutum est praeeminentia sibi connaturali supra homines exciderunt, coacti inferiori naturae se submittere, quod non modo a certitudine, [illegible] inconveniens valde, ac laudabilis [illegible] Incarnatione supposita rebellionis, superbiae occasio data est, quod natura humana per hypostaticam unionem supra ipsos exaltata sufficere sese recuperavit.

Ad 1um distinctione consequentis. Convenientissimum fuit Deum manere in se, et permanere quemadmodum ab aeterno fuit, quod attinet ad intrinsecas perfectiones et attributa; non vero quod attinet ad modum se habendi quoad extrema, quae non intrinsecas per identitatem, atque in se mutationem, sive tantum denominationem aliquam

Si ē de his loquamur, quo, aut magis, oeternum ē convenient fuit Verbum non permanere, quemadmodum ab aeterno fuit. Quod ut rectius intelligatur, adnotandum saepe contingere, ut agenti libero, praesertim summo, utrumque, divise extremum contradictorium conveniat. Sic quamvis decem millibus abhinc annos convenient fuerit, Deum nondum universitatem hanc rerum visibilium creare, nullum tamen inconveniens fuisset, si creasset. Pariter quod convenientius haec rerum creatio a Deo ē, ita fuit fuit conveniens, eam creari, ut nullum inconveniens fuisset si ea creata non est. Certe aliquid simile dicendum de hoc misterio, quod ea temere verbum ē, quo divina sapientia visum ē conquiescere, juxta Apost. ad Gal. 4. 4. Ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere factum sub lege.

Neque ex Verbi incarnatione, alicunde ullo modo liceat, ut confirmaro contendit. Non quidem primo, quia quecunque beneficia nobis contulit verbum divinum, per omnipotentiam quidem et voluntatem omnibus tribus personis communem contulit. Pater enim, filius et spiritus sanctus non sunt tria, sed unum volens, unum omnipotens, adeoque non tria sed unus benefaciens.

Non secundo, quia divina potentia et sapientia maxime decebat, ut Diabolus, fortis hostis, per infirmam, debilemque naturam debellaretur, de qua ipse prius reportaverat triumphum, et unde hostis surrexerat, inde salus restitueretur. Unde canit Ecclesia:

Hoc opus nostrae salutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis Proditoris
Ars, ut artem falleret,
et medelam ferret inde,

illa ex vao accedit; quia quod per hoc misteriu non hominis unius, sed totius mundi perfectione, et ornamento consulere Deus voluit, maxime decuit non unum angelum, sed hominem assumi, quia homo microcosmus e, seu parvus quida mundus, in quo totius universitatis creatae perfectiones veluti in compendiu coarctatae perspiciuntur. habet ei cu elementis, et rebus inanimis, vivere cum plantis sentire cu animalibus, intelligere cum Angelis; sicuti docere, ut animadvertat s. Gregorius hom. 29. in Evangelia, omnis creaturae nomine designatur (hoc), dum jubentur Apostoli praedicare Evangeliu omni creaturae. Nemo hinc ergo ullu absurdu manat.

Sed neque dignitate sua excidere Angeli, qui et naturae naturae non assumptis, et in sua conditione consideratis dignitate antecedunt, quamvis dignitate naturam suam individuam Verbo hypostatice unitam non praestent, et jure optimo homini Deo deferatur cultus, qui Angelis non defertur, ut ipsa per se. Quod vo ex convenientissima incarnatione praevaricationis occasionem arripuerint plures Angeli mali, id quidem sicut nec Deo, sapientissimo incarnationis auctori, id neque praecellentissimo incarnationis operi tribuendu e, sed superba Angelicae praevaricantium voluntati. Alii e contra retorqueri.

Multo minus audiendi sunt, qui universo orbi innovatandu fuisse, ajunt, incarnatione, perturbatione, injuriam, si quae natura caeteris a Deo creatis substantiis, quae naturales sunt, immixta e, et Angelicis Spiritibus inferior, cum facta et suprema, postquam elevata, et a Verbo assumpta fuisset. Ea adeo falsum e, ut potius toti rerum creatarum universitati ornato fuerit conveniens quia videlicet ex hoc misterio pecu-

Anima … for in … juria … licet mihi et volo facere … nequam est quia ego bo … cap

liaris quadam dignitas in creaturas omnes emanavit. Id est, ut jam innuimus, gradus omnes creaturarum in homine continentur, hinc una assumpta natura omnes per se naturas sibi quodammodo copulavit, quod plures significatum esse ab Apostolo arbitrantur Eph. 1.10. ubi ait: omnia esse in Christo instaurata. Sic communiter Patres [illegible] quod e de humanitate Christi congruebat [illegible] Decebat sapientiam suam ostendere, potentiam, et [illegible] bonitatem. Quid est perfectius, quam conjungere extrema summe distantia? Magna est potentia fuit in conjunctione dissimilium elementorum, major in connexione illorum cum spiritibus creatis. Quid vero sapientius, quam quod ad complementum totius universi fieri conjunctio primi et ultimi, hoc est [illegible] Dei, quod est omnium principium, et hominis naturae, quae in operibus sex dierum fuit ultima omnium creaturarum? Quid benignius, et melius, quam quod Creator semetipsum communicare voluit rebus creatis! Quae benignitas magna fuit in conjunctione sui ad omnibus rebus per praesentiam; major, quia communicavit se bonis per gratiam, maxima, quia se communicavit Christo homini, et per consequens generi singulorum in unitate Personae.

Articulus III.

De Misterii Incarnationis cognitione.

[illegible] Misterium [illegible] [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] existentes [illegible] [illegible] evidenter cognosci [illegible] [illegible] tamen cognoscitur [illegible] [illegible] [illegible] evidenter a Beatis in Patria, juxta illud Christi: [illegible] Patrem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aeterna [illegible] ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum.

Animadvertendum, cum lumine naturali quippiam cognoscere, idem sibi velle ac media, et principia mere naturalia, ac naturae ipsi intrinseca, cujusmodi sunt principia lumine naturae nota, item causas et effectus naturales, assumere, ex iisque veritatem aliquam colligere, qui in assumantur media supernaturalia, et principia intrinseca v. g. fides, et revelatio, nec non signa extrinseca, quibus Christiana religio redditur evidenter credibilis: etiamsi aliqua ex his signis v. g. miraculum naturali lumine cognosci supponeretur, atque ex ea operatione naturali certo, et evidenter inferri mysterium Incarnationis. Neque enim haec cognitio naturalis dici deberet, saltem pure, etiamsi miraculi connexio cum veritate mysterii naturali lumine evidenter cognosci diceretur. Quanquam nolim hic de re concertationem instituere.

Animadvertendum secundo aliquid demonstrari quandoque per causas, quandoque vero per effectus. Prior demonstratio dicitur, ea a priori, posterior vero a posteriori. Rursus aliquid demonstrari posse, negative, vel positive. Positiva demonstratio est quae sumitur ab intimis rei principiis, aut ex aliis, necessario, et stricte cum ea connexis. Negativa vero in solutione argumentorum quae contra afferuntur, in solutione sita est. His breviter praejactis sit

Conclusio I.

Angelos bonos quamvis Incarnationis mysterium tum futurum quam peractum non latuerit, hoc illud non naturali cognoscentia, sed communicata sibi a Deo notitia (quando de Incarnationis mysterio revelato) cognovisse dicendum videtur.

Partem priorem ita ostendo: Angeli in via habuerunt fidem in Christi Incarnationis erga futurum mysterium cognoverunt fuerunt, inquit [illegible] de Incarn. q. 1. a. 4, est doctrina sententia D. Thomae 2. 2. q. 2. a. 7. ad 4. et colligitur satis clare ex seq. quod quod notum est,

Angelis de his mysteriis habere, scientiam et matutinam de quibus aliquan-
do habuerint cognitionem vespertinam lib. 4. Genesis ad lit. cap. 2.
Si ergo S. Angeli lumine claro vident in Verbo incarnationis myste-
rium, non est, cur dubitemus, quin et viatores, cognovisse illud [illegible]
[illegible] Quod si ad ea tempora descendas, quibus Deo vivi et per Pro-
phetarum suorum vaticinia Messiam in Scripturis polliceri mor-
talibus, jam hac conclusionis pars multo magis elucescit. Quum
et multa, nec obscura in sacris literis de hoc futuro misterio pro-
missa extent, quibus hi in futuri Messiae fide reducti sunt, in-
credibile omnino Angelos creatos hominibus longe perspicaciores, nec
eo minus charos, in ejusdem notitiam non venisse. Et vero missus
est Archangelus Gabriel ad mysterium hoc futurum Virgini Mariae annun-
tiandum. Quod caeteris Angelis simul innotuisse, non dubitat Fulgentius
lib. ad Theodosium de recta fide.

Probatur 2da pars. Iterum cum introducit primogeni-
tum in orbem terrae, dicit, et adorent eum omnes Angeli Dei, Heb.
1. 6. Quomodo vero Filium Dei adorassent, nisi cognovissent? Simul
ac natus est Christus, non modo unus Angelorum apparuit Pastoribus,
iisque dixit, Natus est vobis hodie Salvator qui est Christus Dominus,
Luc. 2. 11. sed etiam facta est cum Angelo multitudo militiae
caelestis laudantium Deum, et dicentium, Gloria in altissimis Deo, et
in terra pax hominibus bonae voluntatis, versu 13. et 14.

Tertia demum pars ostenditur primo [illegible] argumentis, quibus
pars prima, si est, Angelos in via proposito est, et in Christum crediderunt,
non [illegible] cognoscendi, sed revelatione [illegible] docendi [illegible]
eos didicisse, futurum, ut Filius in plenitudine temporis naturam
humanam in unitate personae divinae sibi copularet. Secundo, quia, etsi
Angeli in gratia [illegible] animae perspicacissima polleant

vi cognoscendi, tum quia mysterium hoc est specialiter Sacramentum absconditum, atque adeo arcanum, ut plures Patres docere videantur Angelos nonnisi per hanc in hujus mysterii notitiam venisse, eos incarnationem solum revelationis ope cognovisse merito sustinemus. Addita autem sunt in conclusione verba ea: loquendo de incarnationis mysterio reddendo per actu. Quid enim vetat, quominus saltem Angeli secundi beatificam visionem fruentes, etiam immissa revelatione, Mysterium hoc potuisse cognoscere, postquam revelatum est, puta cum Christo post 40 jejunii dies esurire incipienti angelica turba accessit, et ministrabat?

Sed officiunt aliqui contra primam, et 2dam partem conclusionis hujus; Angeli psalm. 23. v. 8 inducuntur ex anxietate sciscitantes in Christi ascensione: Quis est iste Rex gloriae, et apud Isaiam c. 63. v. 1. Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra; ignorabant ergo, quis esset. Adducunt Apostolum per Ecclesiam Angelis hoc misterium innotuisse perhibet. Ephes. 3 cap. 3. post quam dixit, sibi datam esse gratiam hanc, ut illuminaret omnes, quae sit dispensatio Sacramenti absconditi a seculis in Deo, sic addit v. 10. ut innotescat Principatibus, et Potestatibus in Coelestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Instant Non pauci sunt Ecclesiae Doctores, qui ex allatis Psalmistae, Isaiae, et Apostoli locis colligunt, incarnationis misterium, Angelos diu latuisse etiam peractum. Ita consentiunt, aut sentire videntur Justinus in dialogo cum Tryphone, Nyssenus hom. 8 in Cantica, Ambrosius Hieronymus, Chrysostomus non uno loco, aliique.

Respondeo vero. Et ad primum attinet, voces eas non dubitandum esse anxiorum, aut ignorantium, sed admirantium. Quod ad 2dam Apostolus non ait, tunc demum innotuisse Angelis hoc Misterium, sed multiformem Dei sapientiam, quae post peractum hoc mysteri.

in Ecclesia stabilienda minime in modo claruit. Noverant ergo Angeli jam hoc mysterium haud dubie, siquidem illud jam consan... Christus: sed infinita, quae in homines ex eo derivanda erant beneficia, multiplicem, ac mirabilem disseminandae Ecclesiae modum, arcanam vocandorum gentium rationem, omnes demum incarnationis effectus non noverant illa usu, experientia, et temporis cursu per Ecclesiam non ab Apostolis, sed in Apostolis didicerunt, ut ait S. Thomas comment. in caput 3. ad Ephes. Ad ultimum respondeo cum Vitasse, varias hac de re opiniones veterum extitisse. Primo quidem plures scribunt, plenum hoc mysterium Angelis revelatum fuisse, ut Cyrillus loc. cit. Dionysius cap. 3. de caelesti Hierarchia, aliique, quorum sententiam libentissime amplector, sumus multo magis, quum peractum fuit, iisdem innotuisse, atque ideo, quod per Ecclesiam eis innotescere coepit, la... multiformis sapientia Dei, in ea dumtaxat cognitione promovisse quia ut ait Anselmus in comment. ad nunc Apostoli locum, plurima secreta tunc didicerunt Angeli, quae ignorabant. Secundo alii contra statuunt, nonnisi per homines hujus mysterii notitiam Angelos adeptos esse. Tertio nonnulli, ut varia Scripturae testimonia concilient, definiunt, quosdam Angelos caelestis illius arcani conscios fuisse; alios vero nescisse.

Tertiam demum conclusionis partem exagitamus. Angeli non per speculum in aenigmate, sed facie ad faciem ... Verbum intuebantur etiam ante incarnationem, ... et per ... naturali cognoscebant naturam humanam, eamque ... eam ad subsistendum subsistentia illius, hoc est unum ... ... hanc intrinsecus, quo Angeli evidenter cognoscunt ... naturam humanam comprehendunt confirmat. Pro

tionis hujus: Verbi incarnaio e impossibilis falsitate Angeli posiant evidenter cognoscere; illius q̃ falsitas nãalis ē, et naturalia ii pos-sunt comprehendere. Poterant ergo ex lege contradictionis cogno-scere veritatem propõnis alterius: Verbi incarnao ē possibilis. Qui gaudent subtilitatibus, ita sibi videntur acute ratiocinari.

Ego vō regerere jure possem utrumq. illud mo-mentũ si quid haberet roboris, id solum probaturũ esse, An-gelos cognovisse nãali perspicacia, Verbũ carnẽ fieri posse, non vō faciendũ, aut factũ fuisse, qd assent conclusio. Sed quoniam facile concedo, Angelos preuia, et seclusa revelaõne incarna-õnis possibilitatẽ quidẽ nosse potuisse, iccirco respondeo, An-gelos vidisse quidẽ Verbũ et ante incarnaõnẽ, et visione hac beatos fuisse, sed si solã eorũ nãalẽ presertim perspicaciã attendamus ab elevaõne, et videndũ verbũ sejunctã, eos nullo modo comprehendere oia, quæ sunt Verbo possibilia, et my-steriũ oni ignotũ intelligentiæ, quia maxime arcanũ, et im-pervũ. Pariter Angeli vi, et perspicacia naali poterant quidẽ comprehendere nãam hũam quoad predicata nãalia, ac relaõ-nes, et terminos ejus pure nãales; haudquaquã vō quoad relaõnes, terminos, et elevaõnem supernaturalem, præsertim urgiad ejus cũ Verbo conjunctionẽ in unitate Psonæ. Hæc si raõne sola comprehendi possent, sola raõne comprehendi posset et mysteriũ. Si vō mysteriũ ipsã raõne comprehendi posset, non eēt mirandũ, ut ait Aug. Neque urget confirmaio. Aut ē in ii raõ bene Angelos nãali cogniõne potuisse nosse allatæ propõnis falsitatē, quia hæc supernãalis eē; aut si horres audire, propõnis ejus falsitatem supernãalẽ eē, concedã eē nãalẽ, sed contendã, pendere a veritate supernãali, arcana, et abscondita, quæ non cognita et facilius

illi opposita ignoretur, necesse est.

Conclusio II

Quemadmodum nemo hucusque potuit ratione ulla evidente demonstrare incarnationis mysterium esse impossibile; ita nemo pariter hucusque potuit solo lumine naturali ejusdem mysterii veritatem evidenter cognoscere, sive quoad possibilitatem, sive quoad existentiam.

Ratio primae partis, quia cum juxta fidem, cui falsum subesse non potest, certissimum sit, incarnationis mysterium verum esse, consequenter exploratum fit, oppositum propositum tamquam demonstrari non posse. Verum scilicet non opponitur vero; neque quod falsum est, potest tanquam verum demonstrari, ut concedunt omnes.

Ratio secundae partis est, quia, si Angeli ipsi, ut praemissum est, naturali perspicacia hocce mysterium cognoscere nequiverunt possibile, nec noverunt, aut possunt, multo minus id potuerunt homines, quos Angeli perspicacia antecedunt. Hinc Christus Matth 16. Petro confitenti v. 16. Tu es Christus filius Dei vivi, respondit: caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est. Illud verbis Christus non obscure significat veritatem istam non cognosci sola perspicacia, et ratione humana, quod scilicet praeter quod dicit et Doctor gentium Paulus 1 Cor 2.7 Loquimur, inquit, Dei sapientiam in Mysterio, quae abscondita est, … quam nemo Principum hujus saeculi cognovit. Consentiunt Patres cum Graecorum tamen ut Cyrillus Alexandrinus lib. 5. contra Julianum [illegible] in quo, Christi Mysterium est revera sapientia, nec humana quidem ullo modo, sed divina potius inveniatur quaedam profunditate et incomprehensibili difficultate [illegible], quae invenire humanae [illegible]. Et Gregorius Magnus hom 1. in Evang. [illegible] hoc

mysterium è investigabile. Scripturas, et Patres sequuntur Thi.

Accedit ratio, non generalis illa quidem, et omnium veritatum intrinsece supernaturalium communis, quae scilicet mentis aciem fugiunt; sed haec specialis, quia nullum est in natura medium, ex quo intellectus creatus solo naturali lumine evidenter colligere possit, incarnationem esse possibilem, aut futuram, aut peractam. Enim vero Incarnatio Verbi generatim etiam inspecta, et praescindendo a Trinitate Personarum, significat entis summi, ac completi, perfectiones novas sibi comparando imparis, ejusdemque immutabilis cum natura humana conjunctionem in unitate unius Personae. Atqui ad hoc tantum misterium cognoscendum nullum adest in natura creata medium evidens, imo ratio, et intellectus humanus revelatione non adjutus, et elevatus substantialem, et intrinsecam unionem esse censebit solum inter entia finita, quaeque perfectiones aut acquirere, aut amittere possint. Quod si Sibyllae ipsi, et Plato, aliique Trinitatis meminere, imo aliqui etiam incarnationis, dicendum ethnicos Scriptores, si quam habuerunt Trinitatis, et Incarnationis notitiam, hanc hausisse, ut est communis Patrum, et Theologorum opinio, e canonicis Scriptoribus, Prophetis, et Patriarchis antiquis, et consuetudine cum hebraeis aut si placet, e Sibillarum oraculis.

Conclusio III.

Fide, ac revelatione supposita, potest humanus intellectus in actu omnis misterium argumentis extrinsecis evidentia saltem morali positive cognoscere, et positive demonstrare.

Probatur. Christi apostolus, et miraculis evidens fuit, et est, Christum verum hominem non esse, sed simul etiam se esse, qualem se dicebat. Argumentum est S. Thomae 3 p. q. 43 a. 4. Miracula, inquit, quae fecit Christus, sufficientia erant ad

manifestandam divinitatem ipsius, secundum tria. Primo quidem ratione operum, quae transcendebant omnem potestatem creatae virtutis, et ideo non poterant fieri, nisi virtute divina et propter hoc caecus illuminatus dicebat Ioan 9. a saeculo non est auditum, quia aperuit quis oculos caeci nati; nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. Secundo propter modum miracula faciendi quia scilicet quasi ex propria potestate, miracula faciebat, non autem orando sicut alii. Tertio ex ipsa doctrina, quia se Deum dicebat, quae nisi vera esset, non confirmaretur miraculis divina potestate factis; et ideo dicitur Marci 1. Quaenam doctrina haec nova, quia in potestate spiritibus immundis imperat, et obediunt ei. Illustratur hoc argumentum ex cognitione evidente, quam daemones de divina secundae Personae humanitati unitae habuisse dicuntur Lucae 8. 41. exibant a daemonia a multis clamantia, et dicentia quia tu es filius Dei, et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.

... evidentia saltem morali, idest respondente connexioni morali evidenti, quae est inter miracula a Christo patrata, et divinitatem ejus, ac missionem a Patre, ad quam confirmandam patrata sunt. Item etenim miracula patrata ad confirmandam Verbi incarnationem, est cum evidenti connexione cum ipsius Verbi incarnatione, saltem connexione evidente morali, ut in genere dicitur, et demonstratur in tractatione de evidente credibilitate Catholicae Religionis, unde ideo agamus. Itaque haec ... connexio a nostro intellectu potest evidenter cognosci, quamvis solo naturali lumine non cognoscatur, cum

revelationem supponat, et signa naturae vires excedentia, juxta plures Theologi existimant, miraculum ad confirmandam Filii divini incarnationem patratum, est cum ea metaphysice connexum, et evidenter quidem, sed tanquam signum extrinsecum ejusdem Filii incarnatione, quidquid Theologis non egre adhereo illa Aug. sententia juxta: sicut hominis sapientia verbis, ita divina potentia factis aliquando loquitur.

Caput V.

De incarnationis necessitate.

Ea est hominum indoles, et conditio, ut, non quae Deo maxime libero agenda videntur, ea libera illi fuisse, semper arbitrentur, sed quae ipsi probant, quamquam non posse intelligant, Deum necessario praestare, et efficere debere, saepe existiment. Id cum in multis, tum in praesens contingere videbimus, cum de incarnationis necessitate verba faciemus.

Articulus I.

Variae hac de re opiniones

Quinque suo opiniones, ut Vilane, hac de re possunt enumerari. Prima quae asserit incarnationem absolute fuisse necessariam, ita ut Deus ab ea decernenda, et peragenda abstinere nequiverit. Ita sensit olim Philosophus, ut colligitur ex dialogi lib. 5 c. 24 et 25. et refert illustrissimus Praesectus Vianal lib. 11 num. 152. Secunda, quae affirmat incarnationem non quidem absolute necessariam fuisse, sed ex hypothesi mundi condendi. Ita quondam Raymundus Lullus, de quo Vasquez q. 1 a. 2 disp. 1 c. 2. Ita etiam non ita multo pridem magni nominis Philosophus Malebranche, qui in tractatu de natura, et gratia, aliisque locis contendit, Deum non potuisse rerum universitatem condere, quin simul incarnationem decerneret

Tertia, quae statuit, non quidem per se, ex hypothesi mundi crean-
di, aut creationis necessariam, sed supposito humani lapsu, quia
videlicet Deus non potuit humanum genus non reparare, nec alia
quam incarnationis via illud reparare potuit. In hac sententia
fuisse videtur Torquatus, Anselmus lib. 1 Cur Deus homo cap. 10
et 11, necnon Richardus Victorinus de incarnatione cap. x.
Quarta, quae definit, eam fuisse quidem necessariam saltem ex hypothe-
si reparationis, adeo ut posset quidem Deus hominem non liberare,
sed ex hypothesi hujus liberandi voluntatis, alio modo non potue-
rit, ita arbitrantur post alios iidem mox nominati, quos multi
secuti sunt. Quinta denique sive vulgo Theologorum, qui his omnibus
rejectis pronuntiant, incarnationem non fuisse necessariam, nisi
ex hypothesi accuratae, et idoneae satisfactionis, quam pro peccati
humani exigere vellet Deus. Potuisse enim Deum non modo ab in-
carnatione decernenda abstinere, aut etiam nullum de ea peragenda
consilium rerum universitatem condere, sed et humanum genus lapsum
non erigere, aut si erigere vellet, alia, quam incarnationis via
reparare, sed sic incarnationem fuisse necessariam ex hypothesi
perfectae satisfactionis, quam exigere Deus censuisset, quia non
nisi ejusmodi satisfactioni condignae nemo alius praeter Deum in-
carnatum par esse umquam potuisset.

Sed quoniam extrema haec sententia multa com-
plectitur, quae Theologi diversis rationibus pertractarunt, et nos illam
sicuti vidimus in plures articulos eam dividentes, in quorum
primo duas priores opiniones refutavimus, [illegible] conclusione,
quae merito retinebimus Deum nostri non indiguisse, et exiisse, liberrime
[illegible] nulla coactum necessitate, sed benevola in nos voluntate
libere adductum fuisse ad assumendam hominem

Art. II.

Conclusio.

Filii Dei incarnatio non modo necessaria absolute non fuit, sed nec ex hypothesi quidem mundi condendi. Certum dogma theologicum.

Demonstratur pars prima. Deus enim est absolute liber ad opera extra se. Sic psalm. 134. v. 6 dicitur: Omnia quaecumque voluit fecit in caelo, in terra, in mari, et in omnibus abyssis. Et Apostolus Ephes. 1. 11. de Deo ait, operatur omnia secundum consilium voluntatis suae. Consentiunt Patres [illegible]. Accedit et ratio, quia Deus esse perfecte liberum erga res creatas ab ipso dependentes est perfectio simpliciter simplex, ut facile patet cuique meditanti, atque adeo Deo concedenda.

Demonstratur pars altera primo ex Scripturis, quae non solum supposita mundi creatione, sed et supposito humani generis lapsu incarnationem nobis exhibent, non ut ex necessitate, sed contra ut insigne misericordiae opus. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, Joan. 3. 16. Et epist. 1. cap. 4. v. 9 In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. Quibus locis Filius aeternus aeterni Patris libere non necessario significatur carne circumdatus. Accedit et ratio, quia Verbi incarnatio nullam habet cum hac aspectabili mundi universitate connexionem, cum sit conditione sua intrinsece supernaturalis, et quidem modo nobilissimo. Quamobrem sicuti factum est, ut mundus hic per quatuor circiter annorum millia sine incarnatione fuerit, ita manere nunc et in futurum posset absque eadem. Filii incarnatio ex hypothesi mundi condendi fingi non posse necessaria, nisi quia ad illius perfectionem necessaria est quod illius [illegible], vel ad Dei honorem et gloriam, quod opinatur Malebranche. Atqui neutrum concedi potest

Non quidem primum, quia mundus ipse suarum partium varietate, et admirabili consensione in suo genere perfectissimus, e citra Incarnationis Mysterium. Non secundum, quia Deus extrinseca gloria, ut felicissimus sit, non indiget; residente incarnatione, et multo etiam ante mundi fabricam neququam beatum satis fuisse arbitremur.

At insurgunt primo. Illud ex hypothesi creationis mundi necessarium fuisse merito dicitur, sine quo maxima mundo perfectio defuisset. Maxima autem, si Verbum hominem non assumpsisset, mundo defuturam fuisse perfectionem quis neget. [illegible] sunt [illegible] exit, quam potest, perfectissimum opus decorat. Deus igitur omnem, et cujuslibet generis perfectionem mundo tribuere debuit. Instant [illegible] ius in suo genere perfectissimus est aliquid melius, quam mundus perfectus. At [illegible] scientia postulat, ut [illegible] [illegible] est quod [illegible]

Diluere [illegible] objectionem redeam meam. Illud ex hypothesi creationis mundi necessarium fuisse merito dicitur, sine quo maxima eaque necessaria mundo perfectio defuisset: non [illegible] [illegible], et [illegible] non necessaria. At Incarnatio licet sit summum univer[illegible] [illegible], non [illegible] necessaria: [illegible] [illegible] omnes [illegible] [illegible] inde consequens fuit. [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], seorsim humanam assumere naturam; utrinque autem incarnatio haud dubio non mediocri mundi perfectio exhiberet.

Quod additur, solum, si diceret, eum qui agit necessario quod [illegible] perfectissimum opus [illegible], eum vero qui agit [illegible] non semper [illegible] quam [illegible] perfectissimum in suo genere [illegible] [illegible], sed opus perfectissimum pro consilio suo, ac fine, quem sibi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. At Deus liber est [illegible] [illegible] [illegible] ergo [illegible] nihil [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] quod [illegible] [illegible] perfectio

nis gradum operi suo conferre. alias quidquid ageret, teneretur suam in eo potentiam exhaurire, quod et absurdum est maximum, et fieri nequit. Attamen quod aliquid efficit, id semper facit, quod est optimum habita ratione suae voluntatis, suique consilii, ac finis, quem sibi in hoc opere praestituit. De hoc legendi sunt Suarez lib. 5. de divino arbitrio cap. 8. ubi observat, rebus etiam non ita perfectis nihil esse melius ad ordinem mundi constituendum, cum ille ex variis rerum gradibus efficeretur; et Petavius lib. 5. de Deo cap. 6; ubi contra Abaelardum fuse demonstrat ex Patribus, Deum posse alias longe perfectiores, quam creavit, pro voluntate, et arbitrio condere.

Ad postremum quod attinet R. 3. nimis ex hac disputandi ratione sequi, mundum esse ipso, et absolute necessarium. Mundus enim conditus est profecto aliquid melius, quam mundus non conditus. Ergo si sapientia Deum adduxit, ut id faciat, quod melius est, ea ipsa adducere fuit ad necessario fabricandam rerum universitatem, imo ad fabricandos mundos omnes, qui esse possunt, ad eas mentes, quae excogitari possunt, creandas, et ad eos perfectionis gradus, qui eis attribui possint adscribendos; ista enim si sint, longe melius quid erunt, quam si non sint. Atqui id ne adversarii quidem nostri concedent.

R. 1. cum Thoma. Creaturae, mundum perfectissimum esse aliquid melius esse, non tamen melius quoad creatorem esse ipsis existere, quam non existere; et perfectissimam esse, quam minus perfectam; Deo vero perinde, sive sint, sive non sint, sive perfectissima sint sive minus perfecta. Creaturis enim creatis non pendet beatus, et est sibi ipse satis ad summa. Nec est magis beatus, ex quo mundus est conditus, quam ante erat. Condidit quippe mundum, ut in eum ex divitiis suae bonitatis thesauro aliquid conferret, non ut quidquam ab eo acciperet. Ut id summus est artifex, ut Deus prima omnium origini

sic et certa earum perfectiones. Quemadmodum eas potuit condere, neve que ac non condere, ita liber fuit ad eum, quem vellet perfectionis gradum eis impertiendum. Porro, sapientia eo semper quidem inclinat, ut id ante ponatur medium, quod ad finem magis conducere appa rat. At ubi omnia aequalia sunt, sapientia contra est, ea aequalia judicare, ac voluntati permittere, ut pro nutu suo alterutrum eligat, quod cum fit, nulla facti ratio afferri potest, praeter voluntatem facientis: Quapropter Deus quum perinde ipsi esset, quidquid condere, vel non condere, pro solo arbitrio, ac voluntate sua ad creandam rerum universitatem sese libere inflexit. Non fit quidem cum creat, nisi bona facere, sed boni mensuram, prout placet, liberaliter cuique largitur. Atque ita omnino dissolutum censeo argumentum, quod et in aliis rebus aliqui exaggerant

Objiciunt 10o. Universa propter semetipsum operatus est Dominus. Prov. 16. 4. imo Deus non potest agere, nisi propter se, et gloriam suam. Non potest igitur quidquam efficere, nisi ex eo gloriam percipere possit, eamque se dignam, hoc est infinitam. Minor est, Nec qualiscumque gloria, nec Deo digna est, neque ea quae Deum ad agendum impellere, et inducere queat. Atqui ex universo creato nulla, et ad Deum infinita gloria ex rerum natura redire. Ergo.

Propositionem majorem juvat statim distinguere. Si nomine se ipso tanquam ultimum operandi rerum finem, et propter quem omnia fecerit ut ea in ipsius gloriam, tanquam ultimo earum fine incurrant. aut propter [illegible] suam bonitatem, aliisque suis dotibus, in quibus ejus interna gloria. ita est, creaturis praevenire modo liberaliter, et pro sua communicandas; dare etiam propter gloriam [illegible] extra [illegible] ex creaturis [illegible] a se percipiendam, aut in [illegible] nis ultimi consequendum; id vero nego. Duplex nimirum Dei

gloria distinqui fit, interna una, externa altera. Interna posita
e in ipsa rea divina excellentia, ob quam gloriosus in scripturis dici-
tur. Scilicet Deus est ens a se, necessarium, infinitum, fons et origo re-
rum. inexhaustum perfectionis, potentiae, bonitatis, ac sapientiae
Pelagus: se ipse suo conspectu beat, eo ipso, quod se contemplatur,
simul videt ea infinitos, quibus extra se possit a creaturis participa-
ri, modos. Poterat quidem, utpote se solo felix, eas in nihilo, in quo
aeternum per se jacuerunt, relinquere, sed maluit eas ex illo benigne
educere, ut ipsis quiddam e bonorum cumulo, quibus abundat, ac
fruitur, liberaliter communicaret. Itaque pro arbitrio suo et corpo-
ra varia condidit, et creavit mentes quamplurimas, e quibus conflavit
hanc spectabilem rerum universitatem, sed quia primum est omnium
principium, ita ultimus omnium finis esse debet. Id ratio jubet, et ordo po-
stulat, ideoque illud vult Deus. Omnia igitur propter semetipsum
tamquam propter ultimum omnium finem, operatur. Praeterea voluit
omnia, quae in mundo essent, ut par erat, gloriae suae inservire, idque
et corpora propter mentes creata sunt, mentes vero in gloriam suam,
tanquam in ultimum finem ordinatae sunt, eoque natura tendunt, ut Deum
noscant, ament, eique se subjiciant, tanquam omnium principio, fini,
ac Domino, in qua potissimum sita est, quae dicitur externa Dei gloria.
Verum hanc gloriam externam non sibi quaesivit Deus, ut voluntati
suae finem ultimum, aut operis sui praemium. Absit. Hoc quippe Deo
indignum est, quod et ipsi Ethnici veteres agnoverunt, sola ratione duce.
Multo id magis Patres antiqui, Scriptura sibi praeeunte,
docuerunt. Imo id Scripturae monent, non solum omnia ideo esse,
pro arbitrio facta, sed etiam voluntatem Dei esse regulam, ac mensuram
magnitudinis, seu perfectionis operum ejus. Psalm. 115. 3. Omnia
quaecumque voluit, fecit et psalm. 110. 2. Magna opera Domini

exquisita in omnes voluntates ejus.

His et similibus Scripturæ testimoniis nixi, et edocti Patres nullam afferri posse tradunt causam, cur Deus mundum creaverit, præter ejus voluntatem. aut, si afferatur, solam Dei posse bonitatem, quæ sese communicare dedignata non fuit. Præstat audire Augustinum, qui lib. 1. de Genesi contra Manichæos cap. 2. = Si dixerint, quid placuit Deo facere cœlum, et terram? Respondebimus .... causas voluntatis ~~Dei~~ Dei scire quærunt, cum voluntas Dei omnium, quæ sunt, ipsa sit causa. Si enim habet causam voluntas Dei, est aliquid, quod antecedat voluntatem Dei, quod nefas est dicere. Qui ergo dicit, quare fecit Deus cœlum, et terram, majus aliquid quærit, quam est voluntas Dei. Nihil autem majus inveniri potest. Compescat ergo se humana temeritas et id, quod non est, non quærat, ne id, quod est, non inveniat. Quapropter juxta Augustinum nulla est juxta Augustinum nulla vel nulla est conditæ rerum universitatis causa, præter voluntatem Dei, aut si quam aliam afferre juvat, sola est ejus benevolentia, ac studium communicandæ bonitatis. Si vero Thomam q. 44. de creat. rerum a. 4 inquireres, num quemadmodum homo, ita et Deus agat propter utilis finis acquisitionem inquit Resp. dicendum, quod omne agens agit propter finem. ... sunt autem quædam ... agentia imperfecta, et his convenit, quod etiam in agendo intendunt aliquid acquirere, sed primo agenti ... non convenit agere propter acquisitionem alicujus boni sed intendit solum communicare suam perfectionem quæ est ejus bonitas ... unde ad tertium objicienti, eum, qui agit propter finem, videri eo indigere, sic respondet. Dicendum quod agere propter indigentiam, non sit nisi agentis imperfecti ... sed hoc Deo non competit, et ideo ipse solus est maxime liberalis.

quia non agit propter suam utilitatem, sed solum propter suam bonitatem=

Neque urgeas, et dicas, negari sane non posse, Deum hujusmodi gloriam, ac cultum voluisse sibi deferri a mentibus, quas condidit. Voluit eum sibi deferri sicut ipsarum mentium creaturarum officium, ac bonum suum, ut justitiam operae suae pretium. Quod enim Deum colamus, nostra interest, non ipsius, semper namque est ipsi, colatur nec ne. Si colitur ejus bonitati nihil accedit; si non colitur, nihil decedit. Utrumque fit, perinde beatus est, ac perfectus. Quod et Patres et Theologi jamdudum animadverterunt. Audire est iterum magnum Augustinum, lib 13. Confess. c 2 fecisti me, inquit.... non ut tibi sic serviam.... quasi minor sit potestas tua carens obsequio meo; neque ut sic te colam, ut sis incultus, si non te colam, sed ut serviam tibi, et colam te, ut de te mihi bene sit=

Sed gloriam externam, inquiunt, quam ex mundi universitate, exiguam voluit Deus, debuit Deo esse dignam. Ergo infinitam: infinitam autem gloriam aliter sine incarnatione ad Deum redire non poterat. Qui ita argumentantur, iis convenire censeo illud Prov. 26. 16. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. Sordidum ad legendas scripturas sint, necesse est. Nam eam Deo dignam esse, ac rationem illis educamur, quae fit in Spiritu, et veritate, cum cultum Deo dignum, qui in sincero, ac puro ejus amore positus est, eam item atque vitam esse dignam Deo, quam sed Christianae legis praecepta exigi[t] Christus Joan. 4. 23 definiens, qui deinceps futuri erunt veri, Deoque digni adoratores, adorabunt, inquit, in spiritu et veritate; nam et Pater tales quaerit qui adorent eum. Apostolus autem Coloss. 1. 10, et 1. Thessal. 2. 12 Christianos hortatur, ut ambulent digne Deo. Supponit igitur, et nosse a Christianis praestari, quam quam noverat, vitam ab iis duci non posse infinite perfectam

Ergo sit esse aliquid dignum Deo, nec sit infinitum. Licet debeat quidem esse aliqua convenientia, sed non requiritur aequalitas; si inventio requiratur, ea certe non debet esse omni ex parte accurata, quando sit ejusmodi esse. Satis ergo erit, si, ut Deus Spiritus est, et veritas, sic ab hominibus in spiritu, et veritate adoretur, si ut Deus est sanctus per essentiam, sic pro viribus sancti esse conemur ad imitationem, si pro modo, et viribus creatae mentes in eum inardescant, si quantum possunt, in ejus amore novos quotidie profectus faciant. Hinc oblationes Deo dignae, homines Deo digni, opera Deo digna in scripturis passim appellantur, quibus tamen infinitam aut Deo dignam parem dignitatem adscribere nemo dixerit.

Articulus III.

An incarnatio ex hypothesi lapsus humani generis fuerit necessaria.

Non est necessaria incarnatio ex hypothesi lapsus humani generis, si integrum Deo fuit, genus humanum prolapsum non erigere, et redimere. Atqui, jam quaeritur, an Deo necesse fuerit hominem erigere, et redimere.

Conclusio

Potuit Deus hominem lapsum non redimere.

Objectant 2do. Quae ordinis sunt superioris, ea ab iis, quae sunt ordinis inferioris, non modo aequari sed et superari quandoque possunt dummodo haec pluries multiplicentur. Sic aurum aequatur argento saepius aucto, et multiplicato. et in ordine morali offensa illata Regi, sive crimen laesae majestatis per plura officiorum obsequia pensari, aequarique potest: ut si quis regem cum in gravi intulit injuriis personalis, pluries a morte liberet, quam eidem inferre alii conarentur. Peccatum ergo, pariter, et offensa peccato illata compensari, et aequari potest, per plura obsequii officia summo Deo exhibita.

Resp. id, fieri posse intelligo, ut quae ordinis sunt superioris, aequari possint ab iis, quae sunt inferioris per eorum sedulam multiplicationem, vel alio modo quemvis semper juxta prudentem aestimationem exhibetur aequivalens; sed id non semper posse contingere, quum scilicet eorum natura, et conditio, ut justa aequalitatis aestimationem nulla rerum, aut actionum multiplicatione, ad aequalitatem quovis modo obtineri sit. Ad autem bonam hujus confirmationem bina proponam exempla, in physicis unum, duo in moralibus in physicis, seu naturalibus in promptu sit exemplum infinite, cujus majestatem, per nullam creaturarum rerum naturalium multiplicationem aequari potest. in moralibus vero primum exemplum esto in actibus supernaturalibus, quos nulla aestimavit humana vel infinita actuum naturalium multiplicatio, aut intensio, nisi inexistens aliqua principium naturalis positive, et proxime conferre ad supremam salutem. quod est adversum dogmati catholico, et ita superiorem juvat verba de fide, et

et grãa. Attendũ vò exemplũ arto in peccato lethali, quod pariter nulla aut multiplicaõne aut intensione aequari pt venialiũ peccatorũ, quod et raõ ostendit et innuit Concilĩũ Trid. ses. 14. c. 5. ubi docat venialia, quibus a grã Dei non excludimur, citra culpã posse silentio praetermitti in confessione. Porro hujusmodi generis offensa Dei, de qua sermo, penes aequalitatẽ moralẽ et aestimaonem in genere satisfactionis. Atque ex his haũs dissiantaturus ad plura argumenta, et exempla, quae, possint afferri.

Objectant 3tio. Pura creatura mereri de condigno, ut alteri graam remissivã peccati mortalis, ergo etiã accurate satisfacere. Minorem propõnem s.s Augustini, et Thomae auctoritate firmantur qui docent Christum Dñum servis suis communicare potuisse, non solum baptizandi, aliisque graam per baptismum conferendi ministeriũ, sed etiam potestatem conferendi, et graam sacramentorum nomine proprio. Potuit Dñus noster Jesus Christus, ait s. Aug. tract. 5. in Joannem ante mediũ, si vellet, dare potestatẽ alicui servo suo, ut daret baptismum suum tamquã vice sua, et transferre a se baptizandi potestatẽ, et constituere in aliquo servo suo, et tantam vim dare baptismo translato in servum, quantã vim haberet baptismus datus a Dño. Consonat Thomas 3. p. q. 64. a. 4. in o, ubi distinguens in Christo potestatem auctoritatis ipsi, ut Deo convenientem, a potestate excellentiae eidẽ, ut homini convenientẽ, et negans primã illã potestatẽ posse propriis hominibus communicari, de secunda, id est potestate excellentiae sic loquitur: Et talem potestatem potuit ministris communicare, dando scilicet eis tantã grãa plenitudinẽ, ut eorũ meritum operaretur sacramentorum effectus, ut ad invocaõnẽ nominum ipsorũ sanctificarentur sacramenta, et ut ipsi possent sacramenta instituere, et sine ritu

sacramentorum effectum sacramentorum conferre solo imperio = Verum profecto verbis s.s. Doctores possibilis admittentur in pura creatura cum gratiae plenitudine tale meritum, vi cujus possit a Deo obtinere alios effectus sacramentorum v. g. baptismatis, et pœnitentiae. Hic autem effectus est gratiae mortalis peccati remissiva, ut patet ex tract. de sacramentis. Jam vero intelligi hoc requit de merito [illegible] congruo tum quia ad meritum de congruo, non requiritur tanta gratiae plenitudo; tum quia s.s. illi Doctores docent, Christum potuisse servis suis eam excellentiae potestatem communicare, quam ipse habuit, ut hoc, quasane, nobis hoc meritoriae de condigno.

R. 1. cum communi sententia negando any; idque ob momenta in conclusionis confirmatione ponderata; adeoque tum ob testimonia, nostrum tum praeterea ob rationem, quam Sempiternam etiam auctoritate roboravimus. Ex quibus omnibus recte licet inferre nullam puram creaturam opus tantae esse posse perfectionis, et dignitatis moralis, quantae est tamen gratia, quae actualiter, nec catenus remittat ab hoc subjecto, et divinae majestati contemptorem admissum. Donum est gratia quae actualiter peccatum remittat, nec sit juxta mensuram demeriti, quod offensa culpa lethali meretur non remitti, et quodammodo residet beneficio suo indignus peccator in filius Dei adoptivus evadit. Offensa enim mortalis peccati immense offensa demeritum habet, quod meritum excedit cujuscunque creaturae, adeoque gratia sanctificans inquantum peccatum grave remittit, et adoptionem filii Dei peccatori et divinae majestatis contemptori confert, cujuscunque purae creaturae meritum excedit. Quare nullum purae creaturae dari meritum sit, quod hujusmodi gratia, qua tenus remittit peccatum, meritum aequet.

Ad testimonia s.s. Augustini et Thomae juxta nunc con

tentiā respondeare de condigno merito intelligi debere. Neque officit, quod illi duo Doctores asserant, Christū Dñū potuisse servis suis eandē communicare, quā ipse habuit, potestatem. Illa vox illa eandem non debet sumi univoce de merito ejusdem speciei, quia alias communicare potuisset potestatē ad meritū valoris simpliciter infiniti, quam hi nec adversarii debent intelligi ergo debent de ratiōne meriti generica, quā meritū congruū et condignū continetur.

Respondeo 2º pt cū aliis nonnullis concedi quidē posse purā creaturā saltem in alia providentia posse de condigno mereri gratiām, quae actualiter peccatū lethale remittat deleatq; verum inde non consequi, posse pariter purā creaturā taro Deo per mortale peccatū accuratā praebere Deo satisfactionē quod et nos supra significavimus. Ad meritū ē sufficit, ut sit aequale praemio at satisfactio eā debet aequalis offensa jā vō, inquiunt remissio offensae nonā tam bona, quā mala ē offensa ipsa.

Inferturis pura creatura pt in praesenti et providentia condigne satisfacere pro veniali peccato [illegible] et pro mortali; Nā et veniale peccatum ē offensa infinita extrinseca, si semper spectetur objectū creaturae illud patrans, et Deus summus, quē laedit, seu offensa personalis

... aliquos facile concedere assumptū, seu partem infirman, quia diversi offensae modus, alia violandi praecepti ratio, alia mali gravitas, alia mentis consideratio, alia poenae proportio, quae oia spectantur a theologis, ubi de hac differentia agunt. Nec ratio urget eos, quae additur. Illi ē sustinent gravē, aut forte infinitā intrinsecā peccati lethalis malitiā, quā infinita quidē malitia extrinseca juncta, cum eā, pro qua accurata nequit

satisfactio adhiberi. Peccatum enim veniale non habere gravem, et multo minus infinitam malitiam intrinsecam. Ego vero juxta probabiliorem communem opinionem Theologorum, qui meram creaturam ne pro veniali quidem peccato rite satisfacere posse arbitrantur, ut sentiunt Honoratus Tournely, Ennius Viberes, aliique ob eadem fere momenta.

Neque hinc colliges primo veniale peccatum cum mortali confundi; siquidem utrique par, et similis sit infinitas saltem objectiva, et extrinseca: nec secundo si quod veniale peccatum haberet aeternae infinitae rationem fore, et poenam mereretur aeternam, quod abhorret a communi omnium sensu. Nam quod ad primum attinet, praeter illam extrinsecam, et objectivam infinitatem ponderari habent ea omnia, quae in probanda superiori disparitate attingebantur, quoniam aliqua non modo in causa sunt, cur veniale peccatum multum a lethali differat, sed cur et lethalia ipsa, alia sint aliis graviora, quamquam aequalem habent extrinsecam infinitatem.

Ad alterum vero quod spectat non absque gravi, et solido probabili ratione ultro confiteor peccatum veniale esse per se aeterna poena dignum, et ea plecti posse, si summo jure nobiscum agere Deus vellet. Et certe potest pro suo jure nullam pro peccato veniali satisfactionem accipere, saltem si ejus excludatur dominatam in alia providentia. Si autem non acciperet, quia nihil coinquinatum intrare possit in regnum caelorum, posset jure aeternum ab eo propter solum veniale peccatum non immerito submoveri. Accedit quod si peccatum veniale meo reperiatur, quod lethalibus peccatis inseparabiliter sicut, peccatum illud veniale juxta omnes Theologos plecti merito possit poena aeterna, quia

plectetur, quamdiu remittetur, numquam ad remittetur, ergo nec. quod non punietur. At non punietur ergo aeterna poena per sese digna se.

Caput 9.

De erroribus Socinianorum

Etsi Deus, dummodo summi liberi ideam teneamus, et ita audiamus potuit absolute humanum genus peccato perditum non reparare, illudque aeternae damnationi permittere, potuitque quoque illatam sibi per Adae lapsum injuriam liberaliter condonare: neutrum tamen voluit, sicque dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam aeternam, atque condignam quam nemo hominum exhibere illi poterat, satisfactionem ab eodem unigenito, seu Vade atque Sponsore nostro repetens, proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ad hunc porro finem a Patre traditum nobis fuisse proprium Filium semper confessa est catholica Ecclesia, ut ille pro nobis Deo satisfaceret, et poenas peccatis nostris debitas portans ab aeterna nos morte liberaret, et sanguine suo veluti persoluto pretio, nos a peccati, et diaboli servitute redimeret, unde vere Christus perpetuo vocatur e suo veri nominis Redemptor. At ad multi ibi, tam perditissimi Sociniani nihil intentatum relinquunt, ut merita Christi, ejusq. pro nobis oblatam Deo satisfactionem evertant, ac funditus evertant. Ac si quando nobiscum sentire, et traditam in Scripturis doctrinam tueri videntur, verbis quandoque fucum faciunt incautis, ac simplicioribus, re tamen ipsa distant a nobis quam maxime. Non inficiantur siquidem, ut ait Honoratus Tournely, Christum simpliciter pro nobis satisfecisse, eumque redem-

storem, ac servatorem, eumque pro nobis mortuum agnoscere non renuant, sed quo sensu? metaphorice nimirum, et impropria satisfactione, quia voluntati divinae se
adimplens ea, quae a Deo Patre imposita ipsi fuerant ad salutem nostram gratis obtinendo veniam, et indulgentiam nostrorum scelerum, non a propria et stricte sumptae satisfactione per sui in locum nostrum subrogationem, ac soluto ad rigorem juris pro redemptione nostra pretio, Servatorem eum esse, ac dici non negant quidem. Sed quo sensu? consilio, exemplo; non merito, non opere, et efficacia. Mortuum quoque in nostri bonum non diffitentur; sed non in nostri locum, et substitutionem.

Germanam impii erroris ideam ab ipso Socino addiscere possumus. = Ego certe, ait pestilentissimus vir lib. de Servatore Christo, Christum ideo servatorem nostrum esse, quia salutem eternam nobis annuntiaverit et in sua ipsius persona tum vitae exemplo, tum ex mortuis resurgendo manifeste ostenderit, et vitam aeternam nobis ei fidem habentibus praedaturus sit, dico ad Iustitiam, per quam peccatores damnari meremur, neque illam satisfecisse, neque ut satisfaceret opus fuisse affirmo. = Ecquid vero nec satisfecisse pro nobis Christum, nec opus fuisse satisfactione ejus cum Magistro suo Sociniani omnes affirmant, quod Christus purus homo esse ab iis putaretur, nec tantae dignitatis, ut posset pro alienis peccatis Deo satisfacere, nec satisfactionem aliquam ab hominibus exigat divina Iustitia, quae benignissima condonatione peccata ut exponunt [illegible] Christus itaque Socinianorum sententia [illegible] conversione nonnisi verbo, et exemplo Servator noster fuit, pro nullum inveniendi nostra pretium exsolvens, nullam Deo Patri immolavit hostiam, nullam ei satisfactionem pro delictis lui ganent [illegible]

nis, veri nominis redemptor non est, ac non nisi metaphoricè operatus est redemptionem.

Contra hujus haeresis vires dimicandum nobis pro viribus est. Projecta ad aliam in qua disquisitione causa, an Christus Jesus fuerit Deus verus, et verus homo. Pugnam ita ordinare instituo, ut primo contendam statuisse Deum sine peccata non condonare, quin satisfactionem repeteret, deinde Christum Jesum in nostri locum satisfactionem vere Deo Patri exhibuisse; idque pluribus conclusionibus praestare decrevi. Itaque

Conclusio I.

Quamvis potuerit Deus nostra peccata beneficentissima condonatione remittere, constans tamen ipso voluntas semper fuit puniendi peccati, nec illud sine satisfactione remittendi.

Et quoniam priorem partem ultro dant Sociniani, demonstratur posterior primo ex Scripturis, in quibus Deus ipse saepissime edicit quanto sit in peccatum odio, quanta in peccatores ira, quanta in sceleribus puniendis severitate, quam firmo in poenis ab eis repetendis proposito: quod ipsum Sacri Scriptores ubique diligenter inculcant. Et primo summum Dei adversus peccata odium ostendunt haec Scripturae verba. Levitici 26. si non audieritis me.... ego incedam adversus vos in furore contrario et abominabitur vos anima mea. Psalmo 5. v. 5. non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus. Et ut multa alia missa faciam Prov. 15. v. 9: abominatio est Domino via impii.

Secundo iram Dei in peccatores ex hoc peccati odio ex-

candescentiam arguunt alia non minus frequentia Scripturae testimonia. Exodi. cap. 20. Ego sum Dnus Deus tuus fortis zelotes visitans iniquitatem Patrum in filios in 3. et quartam generationem eorum qui oderunt me. Rom. 1. v. 18. Revelatur ira Dei de coelo super omnem impietatem, et injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent. Et ibid. cap. 2. v. 8. iis, qui sunt ex contentione ira, et indignatio.

Tertio illud Dei odium, et iram quanta severitas, et quam firmum propositum in repetendis de peccato poenis consequatur, eadem Scriptura ubique docent. Nullum innoxium derelinquens, Numer. 14. v. 18. Reddens odientibus se statim, ita ut disperdat eos, et ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur, Deut. 7. v. 10. fortis ultor Dnus reddens retribuet, Jer. 51. v. 56. Peccati autem poenae sunt hujus vitae aerumnae, interitus, maledictio Dei, et mors aeterna: sic genesecos 2. v. 17. post interdictum Adamo lignum scientiae boni et mali, Deus ipsum ita alloquitur: in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. capitum 6. quum in hoc genere salem poenam maledictionis decrevisset Deus, finis universae carnis, inquit, venit coram me. Et Deut. 27. v. 26. maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, seu, ut habet Apost. Gal. 3. v. 10: maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.

Ubi observandum obiter mortem, quam Deus primo homini intentabat, non tantum esse animae, sed et corporis, contra quam inepti sentiunt, qui putant mortem esse necessariam naturae nostrae operationem. Ut ait sapiens cap. 2. v. 23. Deus creavit hominem inexterminabilem .... invidia autem Diaboli mors introivit in orbem terrarum. Ex iis, quae paucis collegimus, constantem esse in Deo

peccati puniendi voluntatem, nec illius sine satisfactione dimittendi. Quae cum diximus, ea gradatim ducunt, ut de hoc cap. dubitari non possit.

Demonstratur id secundo ex naturali conscientiae nostrae testimonio, et gentium omnium consensione, quae duo sane non nisi ab ipsius naturae auctore Deo proficisci potuerunt, nec alio consilio animis nostris ab ipso imprimi, quam ut quod Deus statuerat id neminem lateret. Fuit vero id et ac semper fuit omnium unus sensus, ea ubique recepta persuasio, non modo Deum esse osorem, et ultorem scelerum, sed etiam illa non posse nisi expiatione, ac satisfactione rite expungi. Hinc acres illi conscientiae stimuli, hinc horrendi animorum laniatus, ubi scelera admissa sunt: hinc imminentis ac debitae poenae anxia expectatio, hinc denique tot expiationum ritus, totque sacrificia divinae irae, ac justitiae placandae adhibita.

Demonstratur tertio ex morte Christi, quae multifariam evincit idoneam pro peccato satisfactionis necessitatem ex divino decreto ortam. Primo enim Paulus in epist. ad Hebr. cap. 9. et 10. ex professo probat, novam legem veteri, et mosaicis sacrificiis Christi sacrificium in cruce oblatum succedere necessario debuisse; quia nempe statuerat Deus sine sanguine non auferre peccata, nec eorum poenas relaxare. Quod ergo impossibile erat, sanguine taurorum, et hircorum auferri peccata, ideo Christum se in victimam piandis criminibus idoneam in cruce obtulisse. Ergo, juxta Apostolum mors Christi demonstrat satisfactionis exhibendae necessitatem. Secundo idem Apostolus palam declarat Christum revera mortuum esse, ut divinae justitiae satisfaceret pro nobis. Quem proposuit Deus, inquit ad Rom. 3. v. 15, propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiae ejus... ut sit ipse justus, nimirum ut hac exhibita satisfactione, Deus qui est ipse justus, justitiam suam ostenderet et communicaret nobis peccatoribus,

ut exponunt, fuste cruciata, à patre in eundem modum, Amissionem, fu-
gitivos, flagellatos. Tanto tandem nulla alia excogitari legitima
causa potest, cur Deus innocentissimum, sibique acceptissimum, et
æqualem Filium horrendæ morti objicere voluerit. Quis est hoc
putet gratis, et citra maximam quandam necessitatem ex divinis decretis ortam
esse factum? At nulla necessitas, nisi legitimæ satisfactionis fingi potest.
Sed de his iterum paullo post.

Ratio demum ipsa revelatione nixa rem confirmat. Deus
est namque justus, qui perfecte, ac necessario peccatum odit, qui aliunde
id omne potest quod vult, non modo non tenetur peccatum dimittere im-
punitum, sed jure merito quo illo pœnas reposcit, primo, ut sic
peccator a scelere retrahatur; secundo ut hinc eluceat, et commendetur
ejus in peccato puniendo justitia, quemadmodum in justo remu-
nerando, ejus liberalissima bonitas resplendet. Neque hinc absurdi
quid dimanare potest. Realis namque creatura peccatrix sibi culpæ
tribuere debet, quod non afficiatur a Deo præmiis, sed pœnis vene-
rit, justitiam provocando Dei, qui non lætatur in perditione vivo-
rum, sed creavit homines inexterminabiles.

Adversariorum sophismata extricantur.

Sunt quidem, objicit Crellius de Deo cap. 23. innumeræ
illæ in Sacris Scripturis comminationes, quibus pœnas omnibus pec-
catoribus intentat. At comminationes non absolutæ, sed conditio-
natæ censendæ sunt, nisi vel eandem contrariam naturam secum turpi-
tudinem quamdam in se contineat, aut comminationi additum sit si-
gnum immutabilis plane voluntatis, uti comminationi additum
sit juramentum, quale legitur de Israelitis incredulis, et contumacibus
in terram promissam non introducendis Num. 14. v. 18. Atqui in
comminationibus his, quæ sunt de pœnis a peccatore repetendis

neutrum haud reperire est. Conditionem igitur illam, seu exceptionem tacitam includunt, nisi resipiscat. Sine resipiscentibus veram et plenam omnium peccatorum condonationem pollicetur Deus Jer. 18. v. 10, Ezech. 18 v. 21. et alibi.

R. 1.) negari a me assumptum facile posse. Unde enim regulam hanc auxere adversarii comminationes videlicet omnes hipoteticas esse, non absolutas, quotiescunque juramentum non adjungitur aut in relaxatione, vel indulgentia nihil est pravi? non difiteor aliquas in scripturis occurrere comminationes hipoteticas, qualis fuit Esaia ad Ezechiam, et Jona ad Ninivitas. Verum absurdum est ex uno, aut altero exemplo generale quoddam pronuntiatum exculpere, et a particulari ad universale arguere, ac colligere omnes, quas Scriptura commemorat comminationes conditionem involvere, quia conditionem reapse involvunt nonnullae: quae arguendi ratio tota sophistica est. Sed longe adhuc indignius est, ad veri Dei firmitatem jusjurandum exigere. Necesse enim non est, ut jusjurandum comminationibus, vel promissis accedat, quo fiat, ut Dei voluntas immobilis esse perseveret. Namque licet propter infirmitatem nostram illud aliquando addatur non minus tamen impossibile est, Deum mentiri, quia simpliciter loquitur, quam cum jurejurando se adstringit. Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet, Esaiae 4. Ego Dominus, et non mutor, Malachiae 3.

R. 2.) comminationes, de quibus sermo est, dici aliquatenus posse conditionatas, sed Deum in locis Scripturae in objectione indicatis resipiscentibus poenarum condemnationem sine pollicitum esse intuitu satisfactionis futurae, nequaquam vero absque ullo ad illam satisfactionem respectu, itaque concedimus dictis resipiscentibus veniam, et aeternae poenae condemna

imo et cujusdā pœnæ temporalis relaxationē, sed non ōis semper. Neque ē id aquivalet, quippe qui Davidi resipiscenti, aliisque pœnitentibus in scripturis legibus pœnas etiā postmodū luendas imposuisse. Sed esto: omnes ōis pœnas condonet. Quid ipso? videndū projecto semper, cujusnā rei intuitu hominibus hæc beneficia præstet. At si scripturas rimari voluerimus, statim deprehendemus, unū esse Christū, qui satisfactione sua, suoque sanguine nos Deo reconciliavit, et non modo peccatorū, sed etiā ōiū pœnarū remissionē nobis promeruit. Et enim non ē in alio aliquo salus. Nec aliud nomen ē sub cœlo datū hominibus in quo oporteat nos salvos fieri, act. 4. v. 12.

Insurgunt denuo, et ajunt justitiā illā, de qua toties scriptura esse dumtaxat universalē illā justitiā, quæ æquitas, et rectitudo, aliquando etiā puritas, et sanctitas vocatur, quâ Deus semper ea, quæ recta sunt in pondere et mensuras operatur: non ā particularē, vindicē, et ultricē justitiā, per quā, ut nos arbitramur, peccata, pro quibus satisfactum nō sit, plectantur. Neque ē, ait Socinus prælectionū cap. 15, in Deo ulla justitia i, quæ peccata omnino puniri jubeat, cui renunciare ipse non possit: est quidē in Deo perpetua justitia, sed nec nihil aliud ē, quā æquitas, et rectitudo. Addunt Ex odio Dei in peccata necessario non consequitur, Deū peccata punire debere. Tum quia ex odio nostro vindicta necessario non consequitur, seu quia nolumus, seu quia non possumus eos plectere, qui nos injuriis afficiunt; tum quia si Deus punire sit, quod non odit, poterit et non punire quod odit. Atqui punit Deus, quod non odit proprium nempe filium unigenitum.

Cum justitiam, quae poenas pro peccato reposcit, particularem et vindicem appellari sustineo, et constare ex allatis supra scripturis, justitiam Dei poenas ex pecc. reposcere. Praeterea quaeris dare n.º justitiae rectitudinem tantum, et aequitatem universalem designari; an non inde necessario inferendum (saltem cum multis) puniri a Deo peccatores ita sane. Rectitudo enim illa, et aequitas universalis necessario postulat, ut nihil sit inordinatum, nihil injustum. At non puniri quod puniendum est, quidpiam est inordinatum, saltem in providentia hac. In illa ergo rectitudine, et aequitate generali includitur tamquam species in genere, aequitas illa, seu justitia particularis quae circa peccati poenas occupatur: atque id veritate ipsa compulsus difiteri non potuit Socinus, qui necessariam in Deo justitiam vindicem saltem ergo contumaces, et impoenitentes admittit. Vide Tournely, qua, si quis non a priori probat ex parte, a priori modo Socini anti respondendum est:

Quod additur, nullo negotio diluitur, si dixeris non modo ex odio Dei in peccata, sed etiam ex ejusdem minis, et vindictam, quam se de peccatis sumpturum passim affirmat in scripturis necessario consequi constantem Deo inesse scelerum puniendorum voluntatem. Amplum vero discrimen est inter odium Dei in peccatores, et odium nostrum in eos, a quibus laesi sumus. Aliae sunt viae Dei, aliae nostrae. Privatorum non est ulcisci illatas sibi injurias, sed eorum, qui sunt in auctoritate constituti; Dei praesertim qui supremus judex est, sibique ultionem, et vindictam reservavit Rom. 12. v. 19. Mihi vindicta, et ego retribuam dicit Dominus. Quamobrem odium nostrum respectu mali inefficax est quoad vindictam, vel quia saepissime poenas repetere non possumus, et vana est sine viribus ira; vel quia nolumus, vel quia non debemus. Deus vero et potest, et merito

vult. Neque argumenta ab oppositis admitti semper possunt in sana Theologia. jubemur e.g. amicos diligere, an recte quis inde cum Socinianis inferret, inimicos esse odio habendos? Ergo si Deus punire posset, quod non odit, consequenter Deum odisse et non punire. Quamquam falso supponunt Sociniani Deum aliquando punire quemquam, et non odisse malum, quod punit: nec exemplum Christi quod proponunt aptum est. Quid enim in Christo odit Deus Pater non personam profecto, quae sit Filius dilectus, in quo sibi bene complacuit. Quid ergo? peccata nostra, quae Christus tanquam sponsor noster in se transtulit, quorum causa tam severe punitus a Deo fuit, ut se derelictum a Patre esse conquestus aliquando fuerit.

Quod si crocitans contendit Socinus potuisse Christum aliis de causis pro humano genere mortem subire, quam ut satisfactionem exhiberet, nimirum ut doctrinam salutarem, quam praedicaverat, confirmaret, nosque suo virtutum exemplo ad se pertraheret exemplo regeret, Scripturas nobis divinandum non reliquisse qua de causa Christus pro humano genere mortuus sit. Tamen est et apertissime inculcant Christum mortuum esse, ut se pro nobis pretium daret. Imo vero etsi Scripturae non ita aperte istud docerent manifestum tamen foret, nullam aliam esse potuisse mortis Christi causam, quam satisfactionis necessitatem. Quum enim doctrinam suam tot, tantisque miraculis Christus confirmasset, atque toto suo tempore tot splendida virtutum exempla dedisset, quid ancta Deo necesse fuisset ea certa de causa unigenitum Filium tot diris cruciatibus a Patre exponi? sed de his sequente articulo

Articulus 2dus
Conclusio 2da.

Turpiter errant Sociniani docentes, Christum pro nobis vere, et proprie divinae justitiae non satisfecisse.

Antequam validissime nostri praesertim sacris testimoniis conclusio stabiliatur non erit abs re quod indicatum supra, cujus hic repetere cum ad hujus, tum ad eam, quae sequuntur, conclusionem, earumdemque probationem perspicuitatem majorem.

Observandum itaque primo aliquem posse alteri satisfacere duobus praecipue modis, proprie nimirum, vel improprie seu metaphorice; is proprie satisfacit, qui ex stricta justitia solvit pretium aequivalens, atque sic debitum contractum consequenter extinguit: is vero improprie tantum, ac metaphorice satisfacere dicitur, qui vel per legis partis acceptilationem gratuito relaxationem debiti obtinet, vel aliis conditionibus sibi a voluntate Superioris impositis satisfacit.

Observandum 2do aliquem alterius Servatorem esse pro dici duobus pariter modis: nimirum aut praemio, consilio, et exemplo; aut merito, opere, et efficacitate.

Observandum 3tio duplici sensu intelligi posse, Christum nobis mortuum esse. Primo utiliter pro nobis, id est pro bono, et commodo nostro: 2do subrogatione, seu substitutione, id est vice, ac loco nostro, tamquam sponsorem nostrum, qui nostri in se debitum transtulit. Orthodoxi [illegible] unanimi consensu affirmant Christum vere, et proprie divinae justitiae persolutionem pretii non modo aequivalentis, sed et superabundantis satisfecisse: eum verum, et ad[illegible] nostrum et liberatorem, ac servatorem: non exemplo tantum, et consilio, sed merito, et opere: mortuum denique pro

pro nobis, non tantum pro nobis, sed loco nostri per veram et propriam sui in nostri locum subrogationem, et substitutionem. Pestilentissimi contra Socinianorum ... perditam aliter sentiunt.

Jam vero probatur catholica veritas iis potissimum novi Testamenti locis, quibus Christus proprio sanguine nos redemisse dicitur. Empti estis pretio magno 1. Cor. 6. v. 20. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, Ephes. 1. v. 7. Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, 1. Timoth. 2. v. 6. In quo loco si graecam lectionem consulas, habebis vocabulum antilitron, idest solutum pretium pro redemptione captivi. Ignatius in epist. ad Trallianos legit litron, pretium. Ezechias antipsychon. Antipsychi autem ii sunt, ut auctor est Dio Cassius; qui pro altero se tradere morti percupiunt. Ad Hebraeos 7. v. 22. Christus dicitur melioris testamenti sponsor factus. Quo vero sensu sponsor sit exponit cap. 9. v. 15 = Ideo, inquit, novi testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum praevaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, aeternae haereditatis. = Galatarum vero cap. 3. v. 13. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum idest maledictionem, seu poenam nobis debitam in se transferens. Et primae Petri 1. v. 18. scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, et incontaminati. Denique Matthaei 20 v. 28 Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis, ideoque impositum est illi nomen Jesu, idest, Salvatoris: vocabis nomen ejus Jesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

[illegible]

Ex quibus testimoniis sic arguimus. Ille merito, ac opere, non exemplo tantum, et consilio pro nobis satisfecit, qui verum, ac proprium pretium solvit, quo redempti, ac liberati sumus: pretii enim accurata persolutio necessaria ad satisfactionem, et debitum contractum refertur. Atqui Christus verum, ac proprium pretium pro nobis solvit: proprium scilicet sanguinem, quo redempti ac liberati sumus. Sicut enim in auro, et argento, cujus comparationem affert S. Petrus, vera ratio veri pretii, ac valoris respectu rei temporalis venalis; ita in sanguine Christi vera pretii ratio est agnoscenda respectu nostrae redemptionis.

Atque ut magis, magisque rem eandem veriter ostendere necesse est, omnia hic occurrere, quae ad indicandam Christi in locum nostrum surrogationem, ejusque satisfactionem desiderari queant. Si enim ad legitimam unius pro altero satisfactionem requiritur

Primo ut qui satisfacit poenas alteri debitas ferat,
Secundo ut eas ferat non propter sua, sed alterius peccata,
Tertio ut a parte ipsa, ac poena sponsori, et reo imponatur,
Quarto ut ab eodem sponsore, ac reo suscipiantur,
Quinto ut iis peccata expientur, et debitum contractum expungatur,
Sexto ut salus inde consequatur,

Ea certe omnia tam aperte in Scripturis traduntur, ut nihil lu[illegible] culentius esse possit. Primo enim, ne repetam nova Scripturae testimonia [illegible] supra allata Christus dicitur poenas peccatorum nostrorum tulisse [illegible] Esaia v. 4 Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit, et juxta versionem graecam τὰς ἁμαρτίας ipse peccata nostra portat, et pro nobis dolet. Is enim est frequentissimus, ac [illegible] tritissimus Scripturae usus, ut ille peccata portare dicatur [illegible] qui pro peccatis plectitur ut Levitici cap. [illegible] cap. 19. v [illegible]

ipse pertulit cujus livore sanati sumus. Quasi vox illa [illegible] testimonio Petri [illegible] quem Apostolus Prophetam [illegible] hic commendat, germanam [illegible] doctrinam Petri, et [illegible] infringes

cap. 20. v. 17. et Numer. 14. v. 33. ibi: Filii vestri erunt vagi in deserto annis 40, et portabunt fornicationem vestram.

Secundo has peccatorum nostrorum pœnas tulit non propter suas, sed propter nostras iniquitates. Isaia. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra (et v. 8.) propter scelus populi mei percussi eum.

Tertio Deus peccatis nostris læsus satisfactionem, et talem pœnas ab eo tamquam vade, et sponsore exegit cap. mox cit. v. 6. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum, et v. 10 Dominus voluit conterere eum in infirmitate.

Quarto Christus satisfactionem hanc sponte in se suscepit eodem cap. v. 7. oblatus est, quia ipse voluit.

Quinto peccata nostra sic expiata fuere, et divinitas persoluta eodem cap. v. 10. Si posuerit pro peccato animam suam, seu ut hebraice est, si posuerit se ipsum in victimam piacularem pro delicto.

Sexto demum sanitas, pax, salus inde consequuta est eodem ipso cap. v. 5. Disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus. Ac si libet repetere v. 10 hoc idem traditur [illegible]. Si posuerit pro peccato animam suam videbit semen longævum. Quidquid [illegible] a Christo in Domini eloquiis traduntur, quæ non nisi unius pro alio satisfactioni tribui possunt, is vere ac proprie [illegible] divinæ justitiæ fecisse pro nobis censendus est.

Cum autem S. Th. q. 48 a. 2. recta doceat, [illegible] que [illegible] non est [illegible] dicendum quod ille proprie satisfacit pro offensa, qui exhibet offenso id, quod æque vel magis diligit quam oderit offensam. Christus autem ex charitate, et obedientia patiendo

majus Deo aliquid exhibuit, quam exigeret recompensatio totius offensae humani generis primo quidem propter magnitudinem charitatis, ex qua patiebatur. Secundo propter dignitatem vitae suae, quam pro satisfactione ponebat, quae erat vita Dei, et hominis. Tertio propter generalitatem passionis, et magnitudinem doloris assumpti.... Et ideo passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuit pro peccatis humani generis = Ita S. Thomas, qui Christum et vere satisfecisse, et superabundanter satisfecisse pro nobis illis verbis demonstrat tradita prius verae satisfactionis idea.

Atque ex his, quae hactenus dicta sunt facile erit colligere, Christum quum pro nobis opus satisfactionis contigerit soluto, et persoluto pretio, vere ac proprie, non metaphorice, esse humani generis redemptorem. Quod certissimum dogma et demonstratur ipsum divinorum Librorum testimoniis, et illustratur a supra laud. Thoma cit. loc. a. 5. o. Dicendum quod ad hoc, quod aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, et pretium solutum. Si enim aliquis solvat pro redemptione alicujus rei pretium, quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter, sed magis ille, cujus est pretium. Pretium autem redemptionis nostrae est sanguis Christi, vel vita ejus corporalis, quae est in sanguine, quam ipse Christus exsolvit. Unde utrumque istorum ad Christum pertinet immediate in quantum est homo, sed ad totam Trinitatem, sicut ad causam primam, et remotam, cujus erat et ipsa vita Christi, sicut primi auctoris, et a qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, ut pateretur pro nobis, et ideo esse immediate redemptorem proprium est Christi, in quantum homo, quamvis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut primae causae. &c.

Solent respondere Sociniani, redemptionis nomine in locis supra laudatis scripturæ non veram, et proprie dictam intelligi oportere redemptionem, quæ fiat vero intercedente pretio, sed impropriam, ac metaphoricam; atque adeo satisfactionem eq. ex qua veram redemptionem supra eruimus, et collegimus, impropriam esse ac methaphoricam. Moventur autem ajunt hisce rationibus. Primo quia vox ista redemptio sæpius in Scripturis sumitur pro simplici liberatione, quæ gratis fit, nullo intercedente pretio. Sic Exodi 15. v. 13. Deus in misericordia redemisse populum, ex Ægyptiaca nimirum captivitate. Et Deut. 6. v. 8 Redemit vos de domo servitutis, et alibi sæpius. Quidni igitur in locis, inquiunt adversarii, in nostræ sententiæ productis, redemptionis nomine impropria redemptio, ac metaphorica intelligitur, præsertim cum hæc sæpius cum Israelitica conferatur, et redemptio nostra Israeliticæ redemptionis Israelitica redemptio typus fuerit, et figura ut colligitur ex Luca 1. v. 68. Neque refert primo quod pretium aliquod intercessisse dicatur in illa nostra per Christum redemptione namque sanguis ille Christi proprie non fuit pretium solutionis, sed improprie, quia visebatur ad ipsius præsentiam liberamur a Deo. Nec refert 2do, quod Christus non tantum dicatur pretium solvisse, sed etiam corpus dedisse antilutron pretium solutionis, seu se ipsum, per quamdam commutationem in nostri locum substituisse, quod non aliud importat. Namque sæpius commutatio fit absque ulla compensatione, aut satisfactione Sic Prov. 21. v. 18. dicitur. pro justo datur impius, et pro rectis iniquus. Et Isaiæ 43. v. 3 Ego Dominus Deus tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, et Saba pro te.

Secundo quia Moses æque   dicitur a Deo missus redemptor. Hunc Deus Principem, et Redemptorem misit. At certum est, Mosem veram, ac propriam Deo pro Israelitis satisfactionem non exhibuisse.

Tertio quia si Christus veteres a Dæmonum captivitate redemisset, solvendum fuisset detinentibus pretium: at nec solutum illis est, nec solvi potuit. Quis enim insaniat adeo, ut quidpiam dicat solutum fuisse vel Diabolo, vel iniquitatibus, vel vanæ conversationi, vel legis execrationi, a quibus dicimur in Scripturis detenti fuisse?

Quarto quia dici nequit potuisse Deum pretium illud accipere, ut vulgo creditur; quod ipsemet redemptionem nostri fecerit, et Filium suum pro nobis impenderit.

Quinto denique quia ita redempti sumus, quomodo venditi. At venditi gratis sumus et absque ullo pretio, quod nos ipsos in Diaboli, et peccati captivitatem mancipavimus. Ergo et redempti pariter fuimus absque pretio ullo.

Verum quis non videat scelestos hæreticos perperam ratiocinari! Quamvis enim aliquibus in sacra scriptura vox ista redemptio, et redimere metaphorice usurpetur, num omnibus in locis ita intelligenda est? Quis non indigne ferat nunc Socinianæ Logices canones? præcipue quum redimere aliquem nihil aliud proprie significet, quam captivum e manibus illius, qui illum detinet, dato pretio liberare, ut ipsemet non diffitetur Socinus cap. 1. libri de Servatore, atque hæc apud omnes sit primaria, et maxime propria vis, et significatio vocis redemptio, a qua sine necessitate recedere Theologo non licet. Necessum autem non modo hic non est recedere a propria, et primaria ejus vocis significatione, sed etiam cogimur contra, ut nisi

signatè, vocem eam proprie sumendo.

Neque officit, quod redemptio Israelitarum figura, fuerit hujus nostrae per Christum redemptionis: etenim comparatio similitudinis cujusdam inter utramque, non vero identitatis; imo si antiquorum liberatio ex Ægyptiorum captivitate nostrae figura fuit, necesse est illam non tam perfectam fuisse, quam nostra est. Oportet enim, inquit S. Chrysostomus hom. 61. in Genesim figuram minus habere, quam veritatem, quia alioquin non fuisset figura aliorum, quae post haec futura erant. Quamquam et dici non immerito potest hanc antiquorum liberationem non absque pretio contigisse; quia ad pretium per Christum in plenitudine temporum offerendum ordinem habuit. Christus est enim agnus occisus ab origine mundi. Hinc S. Paulus 2. ad Cor. 1. omnes Dei promissiones in Christo factas esse docet: non est enim aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri, Act. 4. v. 12. Falso igitur docerent adversarii Christi sanguinem improprie pretii rationem habere, namque quia ac illius praesentiam Deus peccata relaxat; namque gratis id fingitur, quod Christus verum persolverit pretium, et quidem aequivalens pro offensa Deo per peccatum illata. Falsum etiam est, Christum se pretium dedisse absque illa compensatione, et satisfactione. Neque loca Proverbiorum 21. et Isaia 43. id evincunt. Nam et in his quoque exemplis, quae a Crellio afferuntur, non omnino aliqua compensatione facta remissio est. Deus quippe in Ægyptiis, et aliis populis poenas derivavit, quas juste exigere poterat a populo suo, sed quas ultro misericordia in alios transferre curavit, ut ipsi parceret, et donum expeditum veniam. Moyses redemptor dicitur, quia Princeps fuit, et caput redemptionis Israelitarum ex servitute Ægyptiaca, neque tamen pretium solvit,

quo modo Christus pro nobis satisfecit. Non est ergo in dubitat[?] gravitas Christi cum Mose. Hic quippe servus, ille fuit Dominus. Hic Redemptor temporalis, ille aeternus. Hic praeconio, voce, et prodigiis omnia factis virtute populum liberavit, ille vero proprio sanguine.

Tertium effugium, et syllogismi inficiatur minorem. Solutum non est pretium primo detinenti, seu Deo justo judici, cujus justitia obnoxii eramus. Ac somniant procul dubio adversarii, quod aiunt nihil peccatis, nihil malae conversationi, nihil diabolo, a quo detinebamur persolutum fuisse; quasi qui reus est, et poenam mereri tenetur, hanc aut carceri, aut carceris custodi, vel carnifici debeat, non vero judici, et laesae personae. Non est solvendum pretium peccatis, sed pro peccatis, non daemoni, qui mandatorum Dei executor est, ejusque minister, sed ipsi Deo, qui caput est, et judex est supremus, nec vult peccatum impunitum pati. Quod ad ipsum attinet, nihil repugnat hunc eum dedisse filium suum redemptorem, et pretium redemptionis Deo persolutum fuisse. Quod Deus filium suum dederit, summae misericordiae, et dilectioni tribuendum est, ejusque bonitas, et beneficium jugiter referendum: quod pretium ex proprii Filii sanguine repetierit, strictae justitiae voluit. Quapropter mirandum justitiae, et misericordiae temperamentum. Nobis pepercit Deus actus misericordia, et a Christo poenas exegit, ultricem justitiam exercendo: ita justitia et pax osculatae sunt.

Demum falsissimum est, non ita redemptor, quemadmodum venditi sumus. Venditi, ex Dei amicitia gratis excidimus, et in diaboli potestatem venimus culpa, et inobedientia nostra; sed redimi non potuimus, nisi satisfactione interveniente. In nostra quidem potestate est peccare, sed a peccato resurgere in nostra potesta-

tenone, atque ineffabili gratia beneficio, quae nemini debetur et pro qua nobis comparanda Christus sanguinem suum fudit, et injustitiam abstulit.

Articulus Tertius.

Conclusio tertia.

Christus ut mediator morte sua nos Deo reconciliavit. Ita Catholici Theologi omnes Scripturis demum freti, contra eandem Socinianos Rem fuse persequitur inter alios Witasse, ex quo depromemus, quae praecipua videbantur. Ita ergo probatur ad eandem conclusio. Christus morte sua nos Deo reconciliasse dicendus est, si constet primo, Deum propter peccata hominum iratum fuisse, et ab his poenas justitiae suae debitas exigere statuisse: secundo Christum, ut Divinum Numen placaret, se ut piaculum divinae justitiae obtulisse, tertio eundem morte sua Dei adversus nos inimicitias extinxisse, quarto ob eam rationem hominum, et Dei mediatorem nominari. Atqui singula haec Scripturae praedicant. Primo enim Deum nobis propter peccata iratum fuisse, et a peccatoribus statuisse, debitas justitiae suae poenas repetere, quamquam antea diligenter demonstratum est, ac propterea ratione confirmari valide potest; is merito peccatoribus iratus fuisse dicitur, quem peccatis admissis propitium fieri ac placari semper oportuit. Atqui ubi crimina admissa, veniebant ad ea expianda, poenasque amoliendas Deum propitium fieri, ac placari semper oportuit. Hinc tot anniversaria peccatorum sacrificia: hinc tot apud Judaeos expiationis ritus. Levitici 5. v. 6. oravitque pro eo Sacerdos, et pro peccato ejus, rursusque, et precatur et propitius Deus fiat, Sacerdos pro peccato ejus. Sic et v. 10. Rogabitque pro eo Sacerdos, et pro peccato ejus, et dimittetur ei. Psalmo 77. v. 38. ipse autem est misericors, et propitius fiet peccatis eorum

Psalmo 79. v. 9. propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Secundo Christum, ut divinum numen placaret, se ut piaculum Deae justitiae obtulisse, tum multa, tum haec luculenter erudiant divinorum librorum testimonia. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi 1. Joannis 2. v. 2. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiae suae, propter remissionem praecedentium delictorum. Quae verba clarissimus Paulli interpres Seripandus hac perspicuitate declarat. Justificati, gratis; absque ullo eorum promerito; Per gratiam ipsius; non per opera legis, sed per bonam liberalem, et benignam Dei erga nos, voluntatem. Per redemptionem, quae est in Christo Jesu; in hoc Dei erga nos praeclara voluntas excelluit, quod pretium, quo redimerentur a servitute peccati, non in auro non in argento, non in re quacumque aut operibus, aut divitiis posuit, sed in carne unigeniti filii sui Jesu Christi. Abeant ergo in malam crucem, qui evacuare volunt Christi crucem.

Tertio eundem Christum morte sua adversus Dei adversus nos inimicitias extinxisse, certissimas reddunt sequentes Scripturae. Rom. 5. v. 10. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus. Et Coloss. 1. v. 19. In ipso (Christo) complacuit omnem plenitudinem inhabitare, et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quae in terris, sive quae in caelis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem. Quis etenim adeo caecutiat, ut utique hic significari non videat, Christum se vitam suam, sanguinemque sangui-

nem dedisse, ut merito suo, et efficacitate sua faceret amicos Dei. [illegible]

Quanto tandem antea dictis decernis Christum Deo et nostrum mediatorem [illegible] dorant [illegible] testantur Christum mediatorem [illegible] dumtaxat, quia Dei voluntatis apud homines [illegible] vent, aut pro his apud eum intercedat; sed quia ut Deum cum hominibus reconciliaret sanguine suo [illegible] et redemptionem obtinuit. [illegible] potissimum collocavit [illegible] mediatoris officium, simul [illegible] is fuerit, qui dedit redemptionem semetipsum pro [illegible] et [illegible] in [illegible] conclusione [illegible] capite [illegible] epistolae [illegible] v. 15, quae habet [illegible] et ideo novi testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum praevaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, aeternae hereditatis. Sic eiusdem epistolae capite [illegible] v. 24 Apostolus mediatorem [illegible] et sanguinem [illegible] aspersionis simul conjungit, alludens ad sanguinem victimarum, quo conspersus [illegible] populus Exodi 24. v. [illegible] ut a [illegible] victimarum sanguinis interveniente [illegible] [illegible] ita Christi sanguinis [illegible] ac merito [illegible] nostra [illegible] significat. Hinc Christus in ultima coena sanguinem suum vocat sanguinem novi testamenti, [illegible] novi foederis sanciti.

Haec a Sanctis [illegible] sunt vera, ut extorqueri [illegible] asserere valeant. [illegible] non audent, qui Christum [illegible] reconciliatorem, sed reconciliationem [illegible] [illegible] per nostram dumtaxat ad Deum conversionem, quod ex multis capitibus colligere posse sibi videntur. Sic [illegible] cap. 5 v. 19 nos dici a Deo reconciliatos per Christum. [illegible] nos reconciliavit, [illegible] utique non iratus, [illegible] propitius fuit [illegible] [illegible] benevolentiam, quam

Deus dicitur nos dilexisse, quando adhuc inimici eramus, Rom. 5. v.10 et ex illa dilectione filium suum misisse 1. Joannis 4. v.10. ipse prior dilexit nos, et misit filium suum. Quomodo, inquiunt, iratus, et infensus fuisse dici potest, qui tam benignus, et propensus in nos ac jam tum fuit? ac pondus multo majus accedere argumento putant, si perpendatur ita Paulum loqui ad Cor. 5. v.19. ut Deus dicatur nos per Christum sibi reconciliasse non reputans peccata. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum. Deus ergo si peccata non reputavit, ergo ea per gratuitam, et liberam remisit condonationem. Addunt docere Scripturam Apostolos quoque reconciliationem non procurasse. [illegible] e [illegible] ante verba addit S. Paulus: et posuit in nobis verbum reconciliationis. At illi haud dubie nullam pro nobis Deo satisfactionem exsolverunt.

Infirmiora sunt, quae adversus Conclusionem obtendunt Sociniani. Potuit enim Deus summa nos peccatores charitate diligere, ut reipsa dilexit, et eodem tempore iratus esse nobis, ac nondum placatus, et propitius. Utrumque hoc simul consistere potest, et reipsa in Deo fuit. Aliud enim est esse benevolum; aliud esse placatum. An non enim Principes aliquando perduelles subditos ad extremas redactos angustias, et mox, nisi ignoscatur, perituros, ita sentiunt misericordia commoti, ut hi ad exemplum simul, et satisfactionis poenam dare pacis conditiones imponant? quo pacto et benevolos se nobis, et iratos se esse indicant. Eodem modo fuit benevolus erga homines Deus etiam ante missum filium ex insita benignitate, sed propitius iis non fuit, nisi ex Christi satisfactione. Ipsa quippe ac misericordiae propensio non conditionata erat, utpote quae peccatoribus expiandis per leges sanxerant, et omnis [illegible]; quo peracto in absolutam evant. [illegible]

in nostrae salutis negotio mirum in modum, quod ante quoque dictum est, misericordia, et veritas obviaverunt sibi, justitia, et pax osculatae sunt. Misericordia, et justitia licet quod ad nos attinet, opposita unum, eundemque hominem respicere possunt, sed diversa ratione, aut respectu, ut ajunt. Misericordia spectat naturam, quam amat; justitia peccatum, quod punit, quorum alterum est benevoli Patris, alterum aequi judicis. Utriusque concentus insigne exemplum videri potest Job. 42. v. 7. Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem: iratus est furor meus in te, et in duos amicos tuos ... sumite ergo vobis 7. tauros, et 7. arietes, et ite ad servum meum Job, et offerte holocaustum pro vobis. Attendant haec, Sociniani.

Quod asserit Apostolus 2. Cor. 5. v. 19. Deum sic mundum reconciliasse, ut deinceps hominibus peccata non imputaverit, id Christi satisfactionem non perimit, sed statuit. Nam ideo peccata nobis non imputavit Deus, quia eadem Christo imputaverat, et eluenda commiserat, quod statim elegantissime simul, ac luculenter explicat Apostolus: eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.

Cum vero appellantur Apostoli quidem ministri reconciliationis, sed non dicuntur ipsi nos Deo reconciliasse: reconciliationem procuratam annuntiabant, sed non ipsi procurabant. Quod cum ita sit, et eam reconciliationem aliquo alio nobis Christus procuraverit, nempe modo, [illegible] [illegible], nonilli

Articulus 4tus

Controversia.

Christus dum in terris degeret, sacerdos fuit, et se ipsum in victimam piacularem pro nobis tradidit contra Socinianos

Operae pretium erit animadvertere primo, sacerdotes eo
potissimum consilio constitutos fuisse, ut sacrificia offerrent pro ex-
piandis delictis. Quod et aperte testatur communis omnium
gentium mos, et usus; et Paulus insuper disertissime monet
ad Hebr. v. 1. Omnis namque Pontifex, inquit, ex homini-
bus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum,
ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis. Non ignoro non mi-
nus placere Socinianis, qui putant Sacerdotis munus non
tam in sacrificiorum pro peccatis satisfactione, quam in divinae
voluntatis interpretatione esse collocandum. Verum nos contra,
fatemur hoc esse Sacerdotis munus, ut divinam voluntatem homini-
bus patefaciat: at negamus hanc esse praecipuam ejus partem: immo
vero Sacerdos et propheta eo distinguuntur, quod Propheta
sit proprie interpres divinae voluntatis, Sacerdos vero sacrificia
pro peccatis offerat. Hinc sicut apud eos populum agit propheta,
hominum contra apud Deum Sacerdos: ac munus utrumque sustinuit Christus.

Secundo nemini ignotum est, victimas in eam hominum vicem,
ac locum substitutas esse. Convincit id populorum omnium consen-
sio: hinc illud Poetae vulgatissimum,

Unam pro multis dabitur caput. Quam sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?
Atque ut ad Sacras litteras veniamus id ipsum traditur Levitici 17.
v. 11. anima carnis in sanguine est; ego illum dedi vobis, ut super altare
in eo expietis pro animabus vestris, et sanguis pro animae piaculo sit.
Immo vero sedulo adnotandum victimis iis, quae in lege veteri Deo of-
ferebantur in peccatorum expiationem, adumbratam fuisse hostiam sum-
mam. Lex Mosaica futurorum umbra fuit. Finis enim legis Christus, Rom.
10. v. 4. Secundo ejusdem legis sacrificia umbra caelestium vocantur

hebr. seu celestium exemplarium, et imagines illorum, et cap. 9.
et parabola temporis instantis eodem cap. Verbis tandem ne
singula hic persequamur, eadem, Apostolus in epist. ad Hebr.
cap. 7. 8. et 9. in eo totus est, ut probet sacerdotium Leviticum
fuisse abrogatum, et antiquata vetera sacrificia, quia umbrae
tantum erant sacerdotii, et oblationis Christi, cedere autem oportet um-
bras, dum veritas lucet.

Nunc ad verum propius accedo, et contendo Christum, dum
vitam mortalem agebat, sacerdotem fuisse, et sacrificium in cruce
pro nobis obtulisse, quando pro nobis se ipsum obtulit, cujus quidem
sacrificii applicatio fit in caelis ab eodem Christo per jugem, ac
continuam pro nobis apud Patrem suum intercessionem. In veteribus
enim sacrificiis duo distinguebantur, victimae mactatio, seu im-
molatio extra sancta sanctorum, et ejusdem victimae sanguinis
intra sancta sanctorum a summo Pontifice coram arca
foederis repraesentatio. Quum autem vetera sacrificia imagines
erant sacrificii quondam a Christo offerendi, statuimus merito
Christum in terris obtulisse sacrificium in cruce, dum se in victimam
pro nobis dedit, deinde vero intromisse in caelum, ut se coram Deo
pro nobis indesinenter sisteret, et ejus gratiam illi nobis procuraret.
Itaque Christus jam tum fuit sacerdos, quum in terris degeret,
quae est pars prior conclusionis, multa sunt, quae argumentant,

1. primo quidem Christi ad summum Judaeorum Pontificem,
et caeli cum sancto sanctorum comparatio a Paullo instituta Hebr. 9
v. 8 et seq. Ut enim summus Pontifex sacerdos jam erat, antequam
in sancta sanctorum introiretur, sic et Christus dominus est sacerdos,
antequam caelum conscenderet. Deinde omnis Pontifex ex hominibus as-
sumptus, ut ait idem Apostolus, pro nobis constituitur in iis,

quae sunt ad Deum, et offerat dona, et sacrificia pro peccatis. At hoc non in Caelo fit, sed in terra, nec ibi alibi sacrificia offeruntur. Proinde Christus alibi sacrificium offerre non debuit.

Idem confirmat, quod dicitur loc. cit. cap. 9. v. 25. = Neque ut saepe offerat, sacrificium (Christus), quemadmodum Pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem semel in consumatione saeculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit =. Hic quot verba, tot sunt in Socinianos fulmina. Si enim oblatio Christi semel facta est: ergo in cruce, non in Caelo. Quae enim est in Caelis Christi oblatio, jugiter fit, et fiet usque ad consumationem saeculi. Si Christus ut saepius se offerret, debuisset frequenter pati ab origine mundi; ergo ipsius oblatio tunc facta est, quum in cruce passus est; alias nullum foret Apostoli ratiocinium. Sive obtulit, quum adhuc apparuit: ergo in terra, non in Caelo: ex quo enim caelos conscendit, jam amplius non apparet. Si denique oblatio tunc facta est, quum peccati destitutio contigit ergo id est crucis et referendum, ibi enim peccatum extinxit 1. Petri 2. v. 4.

Pars altera propositionis, seu conclusionis, Christum scilicet Sacerdotem se ipsum in victimam piacularem pro nobis tradidisse, ostenditur aperte ex Apostoli loco mox allato. Verum nec alia desunt loca innumera scripturae, et alibi producta, et quae producta nondum sunt. Sic cap. 7. v. 26. epist. cit. idem Paullus ait: Talis decebat, ut nobis esset Pontifex ... qui non habet necessitatem quotidie prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel seipsum offerendo. Et cap. 10. v. 4. et seq. in eo sanguis Christi distinguitur a sanguine victi-

mani veteri, quod hic non posit aufere peccata; sanguis [illegible] Christi auterebant. [illegible] impossibile est sanguine taurorum, et hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit hostiam, et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocautho mata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio. Si pro bona fide agimus, quid manifestius, quam his locis designari, Christum ut victimam piacularem, et pro peccato abrogatarum locum fuisse substitutum? hinc quum agni praecipue in victimas piaculares offerentur olim pro peccatis, quae Christi mortis, ac sacrificii solidi imagines erant, Christus toties in Scripturis agnus vocatur. Non ita appellatur tantum propter virtutes, patientiam, innocentiam, humilitatem, sed etiam quia sese immolandum obtulit. Hinc quoque Apocalypseos 5. v. 12. dicitur agnus occisus, et Joannis 1. v. 29. agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Lege epistolam Hebr. cap. 9. v. 12. 14 15. 22 et 23

Cumque vero haec manifesta sunt, tamen Socinus effrenata licentia ista negat, et pernegat, atque objicit Apostolum ad Hebraeos cap. 8. v. 4. afferentem: Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos; item quaerens infert, ergo non prius sacerdos factus est, quam coelum intravit. In illius [illegible] ut [illegible] [illegible] in hunc locum inquiens: In hoc loco [illegible] intellectus neque [illegible] quibus tamen Socinus Senensis impium dogma confirmat, illudque in Polonia, et Transilvania sparsit, nimirum Christum sacerdotem non fuisse in terra, sed tantum in coelo, adeoque in cruce nullum obtulisse sacrificium, aut litrum redemptionis nostrae.

Verum Socinus ignorat scopum Apostoli, qui vult ostendere Christi sacerdotium Aaronico praestare, tamquam corpus umbrae, [illegible] pacto exponendus [illegible] [illegible]. Si tale est Sace

dotiũ Christi, quale vos, o Judaei requiritis, et scit Messias vester degat semper apud vos in templo Salomonis, ibique sacrificet, et faciat ea, quae faciebant Sacerdotes Levitici, et Aaronici; nec est Sacerdos Christus, tum quia ad haec terrestre Sacerdotiũ, et terrestria ejus bona procuranda, et impetranda sufficerent Sacerdotes Legales, et Levitici, nec alio opus est Sacerdote iuxta ordinem Melchisedech, scilicet Christo; tum quia Christus si terrenus tantum esset Sacerdos non obtulisset hostiã se ipso, id est Salvatore, et Redemptore dignã, quae esset ad nostrã salutẽ sufficeret; nulla enim fuit digna, et sufficiens hostia ad reserandũ Coelũ, et coelestia bona, salutemque nobis afferendã praeter ipsummet Christum in cruce immolatum, occisum, ac terrestri vita defunctum. Itaque huc fortasse referri fit eorum quoque interpretũ opinio qui putant verba ea, si esset super terrã, non ad Christũ, sed ad alios [illegible] pertinere, quibus mentio fit praecedentibus verbis: sicut etiã erat terrena, ac vulgaris, ea non a Christo, sed a Levitis interventa fuisset.

necesse est et hunc habere aliquid quod offerat; si ergo esset super terram, nec esset Sacerdos.

Insurgunt denuo, et objiciunt eundem Apost. ad Hebr. 2. v. 17. Ex Apostoli, inquiunt, sententia debuit Christus fratribus per omnia similari, tentatus per omnia, ut misericors Pontifex fieret, et fidelis. Addunt, Auctore eodẽ Paulo ibidem. cap. 5. v. 5. nondum [illegible] sacerdotio functũ esse Christum, quod ipsi dictum fuerit a Patre, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Atqui hoc ipsi a Patre nonnisi post resurrectionẽ dictũ est, ut monet idẽ Paulus Rom. 1. v. 4.

[illegible] eo loco haec sint. Apostolũ eo loco primũ objecto non docet, quando Christus inceperit esse Pontifex, sed qualis fuerit et necessariũ fuisse, illud misericordẽ esse, et fidelẽ Pontificem.

Necesse quippe erat, ut Pontifex noster posset satisfactionem exhibere, et ut nobis compati vellet. Primum erat fidelis Pontificis, qui se sponsorem nostrum constituerat, alterum misericordis. Duplex ergo similitudo requirebatur; prima naturae ad patiendum, altera infirmitatum, tentationumque ad miserandum. His enim miseriis magis afficimur, quas experti sumus. Quare apud Virgilium olim Dido

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Debuit igitur Christus participare carni, et sanguini, ut posset pati: debuit tentari per omnia, ut compati facile vellet. Utrumque ea de causa memorat Apostolus ibidem [illegible]

Venio ad additamentum. Monuit Apostolus eo [illegible] S. Christum tum demum a Deo esse constitutum Pontificem, quum ei dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te, ac Christum factum fuisse Pontificem a Deo, qui ei dixit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hoc [illegible] a se invicem maxime distant. Hac itaque Patris declaratio continet causam, et fundamentum, cur Christus [illegible] fuerit Pontifex, quia nempe Filius qui erat, [illegible] [illegible] more Sacerdos fuit, quod fuit primogenitus. Eadem insuper declaratio [illegible] [illegible], [illegible] nempe [illegible], sed [illegible], quo [illegible] tempore Christi [illegible] Christus vocatur, [illegible], Filius [illegible] ante mortem suam, nempe quum transfiguratus e Matth. 17. imo cum baptizatus Matth. 3. quin et ipso conceptus exordio Luc. 1. Atque ideo [illegible], [illegible] Christus fuit [illegible] longe ante mortem [illegible] Paulus Rom. 1. 4 [illegible] Christum in [illegible], sed [illegible], vel potius [illegible], [illegible], et [illegible], ut fert lectio [illegible] per resurrectionem, ut Filius Dei Christus [illegible] et

declaravit. Neque enim fieri poterat, ut morte detineretur, qui verus Dei filius erat; quemadmodum recte ratiocinatur Paulus Actorum v. 35. et seq.

Neque adversarios juvat, quod urgent, Christum in Caelis etiamnum se se offerre pro nobis, et ita fieri habet docuisse Hebr. 7. v. 25. id enim opus non fuisset, si Christus Pontifex morte sua se ipsum in oblationem et expiationem necessariam dedisset. Nihil, inquam, hinc juvantur adversarii. Hallucinantur enim, dum putant, Christum quem in Caelis se se offert Patri pro nobis, tamdiu expiare peccata, atque hujusmodi oblationem supervacaneam fore, si expiatio interim per acta est, propterea quia Pontifex Christus se ipsum in piacularem victimam Patri pro nobis obtulisset. Confundunt enim expiationem cum ipsius applicatione. Expiatio quidem interim peracta est; siquidem omnia consummata fuerunt quando Christus ipse moriens exclamavit, consummatum est: et applicatio fructus exea manantis quotidie fit per intercessionem Christi. Neque vero hanc intercessionem Apostolus unquam appellat oblationem, quae pro peccatis nostris satisfaceret: imo utramque distinguit cap. 9. v 24. et 25, dum ait Christum semel dumtaxat pro nobis se obtulisse, sed nunc jugiter apparere vultui Dei pro nobis. Et sane, oblatione expiata eo peccatum non semel asserit. At nullibi expiationem peccatorum nostrorum, et pro iisdem satisfactionem Christi intercessioni adscribit. Quod duo nisi quaedam revera oblatio facta est in cruce, in qua victimam piacularem pro nobis dedit; intercessio vero fit in Caelis ad expiationis et satisfactionis fructum singulis applicandum. Uno verbo oblatio Christi ejusque apud Patrem intercessio de more dividitur, ut olim apud Judaeos succumbebant victimam extra sancta sanctorum immolatio, et summi Pontificis intra sanctuarium coram arca foederis apud Deum pro nobis intercessio.

Articulus V

Idem catholicum dogma perpetua Patrum consensione, imo è ratione theologica roboratur.

Eadem quod nihil è apud harum propugnatores solemne magis, et assiduius, quam Patrum contemnere documenta, ac Sociniani praesertim splendidissimis Ecclesiae luminibus praeferre audent nonnullos de fidelium coetu dejectos, lucifugos, atque tenebriones, attamen cum veritatis argumentum sit invictissimum antiquorum, praesertim doctrina, et probitate, et aliorum existimatione praestantium in eodem dogmate concursus, et conspiratio. Atque hinc percipiant Ecclesiae doctores servari a se antiquam, atque adeo veram fidem; hoc loci breviter quantum fieri poterit, praedecessorum nostrorum sententiam investigabimus. Ac primo S. Martyr Justinus, in Dialogo, quem habuit cum Tryfone, scribit Christum ex totius mortalium generis maledictionem suscepisse. Et in responsione ad quaestionem 99. ad orthodoxos, si tu hoc opus Justino jure adscribitur, docet q. victimas ratione carentium aliquo ex Dei benignitate ita acceptos, perinde atque eam hoc modo legis praevaricator offerret. Uti aperte traditur sanctitas, quam in veteribus sacrificiis perperam negant Sociniani

Sequitur Irenaeus … scribit Christum summi sacerdotis opera perfunctum, memores, inquit, sal … hoc arrivet de condemnatione qui in loco adnotari … sepulchrum lege mortuo Pontifice … domum rediisse. … patris … redemptionem, et … a Christo sacerdotis … nus in morte. Idem Pater ait item eodem loco Christum propitiatorem pro nobis … quibus … Sociniani … in eandem sententia … Tertullianus, cujus … judicem … praeclara

sententia cap. 13. Hinc ergo oportebat pro omnibus gentibus fieri sacrificium, qui tanquam ovis ad victimam duceretur. Origenis innumera extant loca in hanc rem. Hom. 4. in Numeros itaait: Si non fuisset peccatum, non necesse erat filium Dei agnum fieri, nec opus fuerat eum in carne positum jugulari; sed mansisset hoc, quod in pr[incipio]

Verum quoniam introivit peccatum in mundum, peccati autem necessitas propitiationem requirit, et propitiatio non fit, nisi per hostiam. Necessarium fuit providere hostiam pro peccato. Eusebius Caesariensis lib. 1. demonstr. Evang. cap. 10. erudita de Sacrificiorum origine pertractans, ratione et auctoritate divina, demonstrat, in sacrificiis victimam animam pro anima hominis fuisse oblatam, et ideo unumquemque qui sacrificabat, capiti victimae manus habuisse injectas, quasi pro suo capite hostiam exhibuisse: sublatisque antiquis sacrificiis Christum venisse instar pecudis pro toto genere humano interficiendum. Hinc infert ideo dici agnum Dei, qui tollit peccata mundi et esse magni aestimandum pro redimendis pretium pro toto mundo piaculum, pro anima cunctorum hominum sacrificium, pro omni macula et peccato purissimam hostiam. Beatus Athanasius de Incarnatione Verbi Dei adventus Christi causis luculenter expositis mors ei subita est, ut pretium pro omnibus solveret.

Accedunt alii Hilarius Pictaviensis Episcopus in caput 10 Matth. num. 18: et quidem quae sub peccato vendita sunt, redemit ex lege Christus. ergo quod venditum corpus et anima est, et cui venditum, peccatum est: quia Christus et de peccato redemit, et animae, ac corporis est Redemptor. Consentiunt Basilius in psalm. 98 Gregorius Nissenus, Magni Basilii frater in lib. de Christiana perfectione, ubi docet ab Apostolo apellari Christum redemptionem, quia se ipsum, ut nos redimeret pretium dedit; probatque

ex hac probi solutione illum nos a morte a se per vitam exemptos
propriam sibi possessionem effecisse. Tandem ne longior sim plus
aequo, Augustinus in psalm. 129: "Sacerdos noster a nobis accepit,
quod pro nobis offerret. Accepit enim a nobis carnem: in ipsa carne
victima factus est, holocaustum factus est, sacrificium factus est." Ac ne
omittamus, qui ligata oratione sacra mysteria pertractarunt,
Venantium Honorium Clementianum Fortunatum audire est
secundum de cruce Domini librum sic amplificantem:

Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit,
Atque cruore suo vulnera nostra lavit.
Mitis amore pio pro nobis victima factus
Traxit ab ore lupi qua sacer agnus oves.
Transfixis palmis ubi mundum a clade redemit,
Atque suo clausit funere mortis iter.
Hic manus illa fuit clavis confixa cruentis,
Quae eripuit Paulum crimine, morte Petrum.

Tandem et ratio theologica catholicum dogma confirmat. Multa
namque sunt absurda, quae Socinianorum errorem necessario con-
sequuntur. Primo enim si Christus ad exemplum nostrum dumtaxat
... rat, et suam doctrinam confirmandam mortuus est, non vero ad satisfaci-
endum pro nobis, nihil amplius ille praestitit, quam quod antiqui
veterique martyres fecerant, aut saltem quod martyribus quisque
non conveniat certo in gradu; ita ut si non omnino pares, similes
profecto ei dici queant, eoque magis, quod juxta Socinianos
Christus merus homo fuerit ejusdemque cum ceteris conditionis. Sunt
itaque plurimi ante ipsum insignes viri, ut testimonium veritati
perhiberent, varia suppliciorum genera perpessi sint, ut exemplo
suo ad virtutes excitarent, et sanguine suo suam doctrinam

obsignaverit; cur quaeso soli Christo, exclusis caeteris, id tribueretur, quod pro nobis sit mortuus, et crucifixus, nisi quia ille unus se ipse in redemptionis nostrae pretium Deo obtulit?

Secundo si non est alius Christi mortis finis, quam qui a Socinianis statuitur, nihil illa eximium habet, quod non eodem prorsus jure, aut etiam potiori miraculis Christi, et admirabili ejus vitae adscribi queat, et debeat. An non enim miracula edidit doctrinae suae firmandae causa? an non ejus vita egregio nobis spectaculo fuit? cur ergo id morti, et sanguini ejus peculiariter tribuitur, quod his redempti simus, nisi quia sanguis Christi fuit illius redemptionis pretium?

Tertio, Socinianis aures praebeamus oportet, ut Christi, Apostolorumque doctrinam statim universa Ecclesia dedocuerit; solusque unus Socinus cum asseclis suis paucis, ac recentioribus in hoc primario religionis nostrae capite viderit, quod omnes hactenus Doctores ingenio acutissimi simul et in Scripturis versatissimi. Quod quidem credere stultitia summa, sibi vero arrogare intoleranda superbia est.

Articulus VI

Socinianorum referuntur et refutantur sophismata.

Praeter ea, quae sparsim attulimus, et refutavimus Socinianorum objecta, plurima sunt alia, quae si singula recensere, et diluere vellem, in longum nimis protrahi hoc caput deberet. Proferam itaque, quae praecipua sunt, quaeque diversimode viam sternat et arma afferet, quibus catholicam veritatem contra alios quoque impetus, et conatus adversariorum responsis tueri facile quisque possit. Objiciunt igitur primo licet Christus dicatur pro nobis mortuus, sensus est, morte sua nobis beneficium maximum contulisse, sed

contestando erga nos charitatem, ac Patris misericordiam promittendo; nullo tamen pacto inferri loco nostri fuisse mactatum, primo quia particula ὑπὲρ, pro significat occasionem, causamque finalem, non autem personae substitutionem. Cuius est dicat, nos, qui joannis 3o jubemur pro fratribus animas ponere debere satisfacere pro peccatis fratrum, et divinae justitiae satisfactionem exhibere loco illorum, quemadmodum id praestitisse contenditur Christus, qui pro nobis posuit animam suam: utilitatem quidem fratribus afferre possumus, non vero in victimam piacularem nosmet in eorum locum substituere. Secundo quia joannis 10 v.11. se comparat Jesus Pastori, qui animam suam dat pro ovibus suis. Bonus enim pastor ob servandas oves periculo exponit se quidem, sed nullam illis moriens adfert libertatem. imo si moriatur, quomodo servabit oves? Tertio quia damnum, qui pro redimendo captivo substituitur loco illius captivus permanet. Si ergo Christus mortuus pro nobis esset, ut nos redimeret, loco nostri mansisset captivus. Quapropter dum Christus dicitur pro nobis mortuus particula pro finalem tantum denotat causam, non Christi in locum nostri substitutionem.

R. difficile autem hae inania sophismata refellere. Etsi enim particula ὑπὲρ, pro aliquando significat tantummodo utilitatem aliquam, in redemptionis tamen negotio denotat substitutionem, quia ut satis antea demonstratum est, quaecumque ad veram unius loco alterius, et pro altero satisfactionem requiruntur et quidem a Deo ipso in Christi morte scripturis aperte testantibus intercurrerunt. Quod vero si demonstraverimus non in omnibus Scripturae locis, ubi Christus pro nobis mortuus dicitur, invenire particulam ὑπὲρ, sed quandoque inveniri particulam

anti, ut Matthei Filius hominis venit dare animam suam redemptionem pro multis. Quo in loco textus graecus, quo quandoque abutitur Socinus, et Crellius exhibet posteriorem particulam, quae certe substitutionem quamdam, et subrogationem nonnumquam modo significare potest, sed significat plerumque aut semper, testibus ipsismet adversariis apud Lacuentium Rexti. Quare primum reponimus quod de fidelibus legi debere eos animas ponere, ut eos solvant a maledicto, ut eruantur a damnatione aeterna, quemadmodum de Redemptore nostro id affirmatur. Joannes igitur exemplo Christi nos ad charitatem ortatur, ex quo simul empti sumus et unum sit pretium omnium nostrum, ut demonstrat Pater Augustinus tract. 6. in cit. epist.

Ad proximum argumentum aeque facilis est responsio. Hunc ergo objectus Joannis locus ex cap. 10. Evangelii reddit sensum Christi et Augustini interpretibus Ego sum pastor bonus per excellentiam, hoc est praeclarus, optimus, et praestantissimus, imo unicus, et singularis ille Princeps pastorum, qui solus ita animam meam pro ovibus, id est fidelibus meis ponam, ut eos a mea morte a morte redimam, ac vitam praesentem, et aeternam eis conferam; quod non fecere Prophetae, nec quis alius, si bonus pastor pericula subire non metuit, ut oves, et agnos servet; ego multo majora in me credentibus ovibus beneficia conferam morte mea, non a temporali, sed ab aeterna morte eas redimendo. Neque invideat nos Joannes verbis iis: pastor si moriatur, nullam ovibus liberationem affert, imo si moriatur, quomodo servantur oves? Bonus est pastor Christus animam posuit, ut nos servaret, et post mortem suam servat nos, libertatemque nobis confert. Non enim mortuus est, ut non resurgeret, sed ego, inquit, pono animam meam, ut iterum

[illegible]

sumed eaˀ..

Postremum nihil evincit. Nam Christum pro captivis substitutum alteri confitemur, imo contendimus, sed non erat in captivitate permanendum ei, qui mortis habebat imperium, quia diabolus, qui captivum tenebat humanum genus, Redemptorem nostrum nullius peccati reum pœna mortis afficiens deviciis, et præsertim post satisfactionem exhibitam Deo, cujus justitiæ ille erat minister; ideoque Christus abstulit ejus arma, et spolia distribuit, et elevatus in cruce, omnia ad se ipsum traxit Luca 11. v. 22 quosque redemit liberos fecit, ruique juris, ac principem hujus mundi ejecit foras, joann. 12. 32. Denique a mortuis resurgens atque altitudinem cælorum conscendens, eos fideque redimerit, qui erant sub tyrannide Diaboli captivam duxit captivitatem psalm. 67 v. 19 et ad Ephes. 4. v. 8.

Objiciunt 2do apud Tournely. Ex parte Dei impossibilis est satisfactio, quia nulla illi satisfactio fit, qui peccata omnia gratis omnino remittit. nihil est magis opponitur remissioni gratuitæ quam satisfactio juridica. Atqui Deus sæpissime dicitur in scripturis gratis condonare, seu remittere peccata Matth. 18 v. Ephes. 4. v. et alibi; ergo nulla ei pro peccato satisfactio exhibita est.

Resp. qui peccata gratis dimittit, et condonat nullam quidem

a persona, cui fit gratuita remissio, tamen ab alia persona posse, cui gratuita remissio data non sit, quæque se substituant, et subrogaverint in ejusmodi locum, et rei. Gratuita itaque peccati remissio, et satisfactio pro eodem peccato opponuntur quidem, si ad idem referantur, eandemque personam spectent opposita quippe ut perfecta sit, debet

eē de eodē, et sub eodē respectu, atsi remissio gratuita, et satis-
factio de diversis personis dicantur, ita ut gratia fiat debitori,
poena vero, et satisfactio exigatur a vade et sponsore, tantum
abest, ut opponantur invicē, et sese mutuo tollant, ut potius sub-
ordinentur, et necessario se supponant. Porro itaque in praesenti
misterio, in quo tres attendi debent personae; Deus, qui summe mise-
ricors est, et summe justus. Christus sponsor noster, qui pro nobis poenā
exolvit, et homo, qui peccavit, et satisfactionis exhibendae pondus satis-
faciendo impos est. Deus ut summe misericors gratis, et ex viribus
misericordiae suae gratis condonat, Deus ut summe justus satisfactionē
exigit, et cum hominis reparationē, quam ab homine satisfactionis offerendae
incapax sit, mediator, et sponsor adest Christus, qui se vadē pro pecca-
tis nostris sese obtulerit, illamque omnē peccatorum poenas ipse luendas,
eoque nomine divinae justitiae perfectē satisfecit; sed divina benignitas,
ac misericordia hominibus peccatoribus (gratuito respectu eorum,
licet jure respectu Christi) peccata condonavit, et ita diversum
est subjectum, seu persona, cui remittitur gratis ab eo, a quo satisfa-
ctio exigitur. Satisfactio exigitur a Christo, nobis vero peccatoribus
remissio gratuita impenditur quae duo non tanquam contraria,
et opposita, sed tanquam amica, Scriptura conjungit Rom. 3. v. 24
justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo
Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine
ipsius ad ostensionem justitiae suae propter remissionem praecedentium
delictorum. Vides nos justificari gratis; igitur gratuita respectu no-
stri peccatorum remissio est justificati sumus per redemptionem Christi,
qui est propitiatio nostra; igitur a Christo exhibita est satisfactio,
et inde Dei justitia poenas repetiit ab eo, qui attritus est propter
peccata nostra: atqui in hoc quoque amice conveniunt misericordia ac
justitia admirandum temperamentum.

instant. Ille debitum proprie gratis non remittitur qui vadem habet, a quo plane satisfactio exhibetur, et quae extinguit debitum. Sic qui centum e.g. nummos alteri debebat, etiamsi eos non ipse solvat, sed alius ejus loco, creditor tamen non dicitur gratis centum hos nummos remittere. Atqui homo peccator vadem, ac sponsorem habet Christum, qui plene, ac perfecte satisfecit divinae justitiae: igitur homini peccatori debitum gratis non remittitur. Falsum igitur est, peccata ei gratis condonari, quod tamen verissimum est, si audiamus Scripturas.

Secundo. Ubi sponsor alienum debitum in se transferat, commutationem quidem dicere possumus debitorum, nullatenus fit remissio debiti, quando ad ultimum usque quadrantem, creditor recipit, quod sibi debebatur.

Tertio. Si nostra pro nobis satisfactio divinae justitiae [illegible], ac supervacaneae sunt nostrae actiones satisfactoriae: sin autem si necessariae sunt, quomodo gratis remitti dicuntur peccata, et conferri vita aeterna? Ita Socinus n. 5 de Servatore cap. 2. Crellius contra Grotium, Volkelius lib. 5 de vera Religione cap. [illegible]

Illud movet quidem imperitos, cum Socinus, ut suam astruat impietatem, omnem Christi satisfactionem evacuavit. Eadem neque primo, verum est quidem in debitis pecuniariis, aut res quaslibet externas spectantibus, nequaquam autem verum est in debitis personalibus, et quae ex violato honore consurgunt. Quamobrem hoc est inter debita utriusque generis discrimen, quod in debitis pecuniariis perinde sit a quocumque solvatur debitum, sive a debitore, sive a sponsore; modo res eadem aut aequivalens reddatur, satis justitiae fit, quia in ejusmodi debitis aequalitas restituenda est rei ad rem, et ergo tali extinguitur obligatio debiti, quando res eadem aut aequivalens persolvitur.

At non ita ē in debitis personalibus, quae ex nonnisi ratione contrahuntur, in quibus attendenda ē proportio personae ad personam. Cum igitur hō peccator numquam potuerit condigne Deo satisfacere, ac debitū contractū condigna toleranda poena extinguere, necesse fuit, ut Christus loco ejus poenā hanc sustinendā susciperet; atque ita gratuita ē remissio respectu hominis, cui hoc indulsit Deus, ut gratis filiū suū unigenitū daret, ejusque satisfactionem pro alieno peccato acceptaret: sed accurata satisfactio ab ipso Christo persoluta fuit. Quod igitur persoluta non sit satisfactio absoluta, quae debitū contraxerat persona, id usque justitia divina respectu Christi, qui punitur, et misericordia respectu hominis, cui poena remittitur, quae in Christū ipsū transfertur.

Secundi argumenti vis frangitur separando commutationem quidē ex debitoris, sed debitū recte dicā non gratis remissū: etenim quamdiu debitor propria, ac personali solutione non persolvit quod debet, sed debitū ejus in alium transfertur, censetur debitū gratis remissū respectu debitoris primarii, praesertim si sponsor a creditore possit non admitti, et non acceptari. Sic res sic se habet in praesenti negō. Debet hō persolvere; impar ē solvendo condigne: Deus ex benignitate dat vadem, quē denegare posset, qui pro homine solvat: ejus solutionē acceptat: nonne in his duobus gratuita ē debiti respectu hominis remissio, licet aliunde accurata repetatur a vade satisfactio?

Ruit pariter, si inspicias, ex Christi satisfactione nequidem inanes satisfactiones nostras, aut si necessaria illa sint, gratis non remissa peccata. Nonnē primum namque, praecipit Scriptura, ut bonas actiones vitae aeternae edamus: satagite, inquit B. epis. 2. v. 10, ut per bona vestra opera certā vestrā vocationē, et electionē faciatis.

Non ergo supervacanea illa sunt, quae licet Christus pro nobis omne pretium solverit, ejus tamen merita (sic providente ordinante Deo) nobis non applicantur, nisi per bona nostra opera, ex gratia Christi elicita. Cooperari quippe debemus, et de nostro conferre ad nostram salutem. Qui enim creavit te sine te, non salvabit te sine te, inquit Augustinus. Quare aiebat Apostolus, non ego solus, sed gratia Dei mecum. Atque hoc ipso sensu intelligenda sunt, quae scribit idem Paulus Col. 1. v. 24. Adimpleo ea, quae desunt passionum Christi in carne mea. Non quod re ipsa desit quidquam Christi satisfactioni, quae superabundans fuit, aut nostrae privatae satisfactiones Christi satisfactioni insufficienti sint, ut calumniantur Novatores, sed sensus est, velle Apostolum adimplere ea, quae desunt in carne sua, itaque verbum desunt conjungatur cum istis in carne mea; quia nihil quidem deest passioni Christi, passus est quidquid pati debuit; sed aliquid deerat Paullo, quod in carne sua impleret, nimirum deerant poenae, labores, et alia vitae hujus mala, quae quod debebat Christi membrum ad exemplum capitis sui ferre debet, et in summa cum constantia toleravit Apostolus. Vel sensus est, Paullum adimplere in carne sua, quae supersunt (seu reliquias) passionum Christi: vox enim graeca, quam vulgatus interpres vertit per verbum desunt, reddi potest per supersunt, seu reliquias, interprete Cornelio a Lapide hoc ex loco; et nihil aliud vult S. Paullus, quam quod in carne sua ea adimpleat, quae supersunt Christo toleranda non quidem in propria sua persona quod impossibile est, sed in membris suis, quae a sancti tolerant, ea Christus ipse tolerare dicitur quemadmodum qui sanctos persequitur, Christum ipsum persequitur act. 9. v. 5. Vel denique sensus est, aliquid deesse passionum Christi, non quoad pretii solutionem, at quoad applicationem

quae fieri non potest, nisi accedat et

nostra opera bona.

Non sequitur ex satisfactione Christi peccata nobis gratis non remitti; tum quia gratia, per quam remittitur, gratuita est, alioqui non esset gratia, tum quia bona opera nostra nihil meriti habent a Christi merito sejuncta. Itaque etsi gloria, et vita aeterna tamquam merces ex justitia bonis nostris operibus concedatur, gratis tamen nominatur quod dari dicitur, in radice nempe, quia gratia, per quam obtinetur, gratuita est, ac meritum nostrum adhaeret a Christo est, in quo, et per quam vitam aeternam consequimur.

Objiciunt 3° ex parte Christi injustum esse innocentem plecti pro reo. Atqui non potest admitti satisfactio Christi, quin innocens mulctatus pro reis fuerit.

Verum negare injustum quidem esse innocentem plecti pro reo, si innocens rei sponsor non fuerit; secus quoque non id injustum esse, si innocens fuerit sponsor rei. Quemadmodum enim de pecunia agitur, aequum censetur omnino, eum, qui nihil debeat, pro eo, qui debet, cavere, ac tamen aequum est illum solvere, si sponsorem se constituerit sic ubi sermo est de reparanda injuria, aut poena luenda. Ex historia id discimus, aliquando obsides ac foederatos ob violatum a iis, quorum erant loco, datam fidem, de quo Diodorus Alicarnasseus lib. 6.

Instabis primo. At iniquum est, virum innocentem fieri aliorum reorum poenam luendam sponsorem. Id et pugnat cum ratione, lege divina, et omnium gentium non plane reruminum consuetudine. Et primo quidem cum ratione. Quid enim ferat, innocente omnino et dilecto, qui reipublicae proficere, servatur in innocentem, qui omni bono, et exemplo vivat? Secundo cum lege divina, quae id conceptis verbis prohibet Deut. 24. v. 16. Non occidentur Patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur. Ne quis id putet id ad causam non pertinere,

sed hoc hominibus tantum vetari; Deus hanc eandem legem sibi ipsi
imposuit Ezechiel. 18. 20. Anima inquit, quae peccaverit, ipsa morietur;
justitia justi super eum erit, et impietas impii erit super eum. Tertio
cum omnium gentium non plane barbararum consuetudine. Ubique
est haec substitutio, et iniqua, et noxia vita est. Apud Athenienses
ex Platone lib. 9. de legibus, apud Romanos ex codice, in quo ejusmodi
fidei jussores sub poena capitis vetantur.

R. concedendo antecedens, si non adsit consensus liber sponsoris,
aut potestas sufficiens, et jurisdictio in judice, aut leges prohibe-
ant, aut incommoda consequantur; secus negando. Itaque con-
tendimus generatim dici posse illicitam esse hominem innocentium pro
nocentibus supplicia, idque quatuor de causis, aut ex ponibus.
Primum si in id non consentiant alive innocentes p.; nemo enim
videt, iniquum esse hominem innocentem pro reo, aut etiam eum invitum
plecti. Secundum est, si non insit in judice sufficiens potestas. Nulla
est homini vel judici munus obeunti a Deo e facta potestas
in cujusquam vitam, et necem, nisi ubi facinus grave est admis-
sum. Tertio est, si homines divinis legibus id prohibeatur, quae supra
recensitae sunt. Quarto si multa ex eo in rempublicam
incommoda redundarent; quod metuendum est, saltem si fre-
quenter id contingeret: verum etiam saepe fieret, ut respublica
concelebratis hominibus operandus, bonitati contra, et probi viri
orbaretur in grande rei societatis detrimentum. Atque ea probi-
ma causa fuit, cur fidei jussores sub poenis capitalibus inter-
dicta fuerint. Verum si eae causae non intercedant, et contraria
adsint, nihil erit iniquum, si quis in alterius locum ad ferendam
poenam substituatur. Itaque subrogatio omnis incommodi expers erit
primo, si vad probet omnino vita arbiter liberae, secundo si sponsor

ipse substitutioni consentiat: volenti enim non fit injuria. Tertio si legitimam mortem sua gratia exsolvere possit pro iis, quorum sponsorem egit; est enim eo injusta substitutio quo inutilis est. Quarto si ab interitu se ipse postmodum longe gloriosius vindicare possit; ita ut nullum ex morte damnum ipse capiat. Quinto si possit sontem ipsum, pro quo facit satis, ad meliorem frugem reducere, adeo ut non modo scelera impunitate non augeantur in republica detrimentum, sed potius compenset contra in ejus utilitatem, ac decus.

At ista in Christum conveniunt omnia, ut cuique patens fit recolenti testimonia scripturarum supra producta, quaeque sparsim per hanc tractationem adferentur.

Instant 2do. Juxta justitiae leges poena peccatum sequitur; ergo ibi non fit esse poena, ubi peccatum nullum est; At in Christo nullum peccatum fuit. Ergo nulla poena merito eis noxius esse potuit.

R. poenam peccatum sequi aut inhaerens, aut imputatum. non vero semper necessario inhaerens. Igitur poenae natura ea est, ut pro peccato infligatur; sed necesse non est, ut qui peccavit, ille puniatur: quod satis explicatum hucusque est.

Urgeant 4to ex capite rationis. Non potuit Christus pro hominibus facere satis, nisi poenam ferret peccatis nostris debitam. At non tulit: poena enim aeterna debebatur peccatis nostris. Atqui Christus poenam aeternam non tulit. Addunt. Peccati poenae sunt omnes hujus vitae miseriae, morbi, calamitates, mors, aliaque. Atqui ab his non liberavit nos Christus.

Venio 2do ad propositionem majorem distinctione, afferendo Christum, ut satis pro nobis faceret, ferre debuisse poenam peccatis

nostris debitã, aut aequivalentẽ, non vero eandẽ oino. Nimirũ satisfactio ē restitutio, quoad aequivalentes, et non quoad oino semper. Porro Christi passiones aeternis poenis aequivalebant. Si ē durationis non fuere infinitae, at certe fuere infinitae dignitatis nimirũ personae, a qua satisfio proficiscebatur. Mortali scil. peccato non debetur poena per se aeterna, sed infinita, propter mortalis peccati infinitã gravitatẽ (in ratione injuriae personalis;) adeo ut si peccator infinitae poenae luendae par est, necessaria non foret aeternae poena, ut satis patet. Quod itaque aeterna sit, id ex accidenti ē; quia nempe propter debilem hominis conditionẽ, poena, quae gradu, et intensione debebat ee infinita, nec talis ee poterat, commutata ē in poenã durationis aeternae. Vice versa fieri contra potuit in Christi satisfactione, ut poena durationis infinitae commutaretur in poenã infinitã. Mors ē Christi poena fuit si non physice, at certe moraliter infinita propter personae divinae infinitã dignitatẽ. At ē peccatũ ē quid finitũ, moraliter vero ē quid infinitũ propter dignitatẽ personae laesae, ita satisfactio potuit ee physice infinita, modo moraliter infiniti esset pretii propter personae satisfacientis infinitã dignitatẽ. Nã si actiones juxta vulgare effatũ sunt suppositorũ (verũ ceu id velim intelligi) potiori, aut aequo saltẽ, jure sunt passiones et satisfactio, quae eo majoris semper pretii sunt, quo ille major ē qui recognovit, ut alteri satisfaciat.

Pariter cũ distinctione dissolvo id, quod additur: a reatu poenis non liberat nos Christus, quamdiu in terris sumus, sed liberavit tũ aliquando. Quapropter plenẽ a peccatis, eorumque poenis liberationẽ nobis Christus pro-

meruit, ad gratiam hanc pro sapientia sua dispensat, et ordinat. parcius in hac vita largitur, non omnem, ut quamdiu in terris degimus virtutis exercitatione, ac meritis nostris locus sit. At aderit demum aliquando tempus, quo plenam suis liberationem cum a peccatis, tum ab omnibus eorum poenis largietur.

Articulus VII

An satisfactio Christi fuerit condigna, et ad strictos justitiae apices.

Contra Socini argumentationes, quas ferent nostris suppositionibus omnes Catholici Theologi in quaestione ea; utrum Christi satisfactio fuerit aequivalens, et ex stricta justitia. Omnes quidem condignam, et aequivalentem fatentur propter personae satisfacientis infinitam dignitatem, quamvis Scotus, Durandus, atque alii nonnulli eorundem sectatores negent fuisse ex rigorosa justitia, si omnes conditiones spectentur justitiae hujus, quas singuli approbant. Sunt vero conditiones illae quatuor. Prima ut satisfactio sit aequivalens, et creditori, quantum ablatum est, persolvatur. Secunda ut sit ad alterum. Tertia ut sit ex bonis propriis personae, quae satisfacit, eaque donavit aliàs indebitis: ultima ut non interveniat ex parte creditoris alicujus partis debiti gratiosa remissio. Addunt quidam ut satisfactio sit libera, ut sit a persona offendente, ut denique creditor teneatur illam acceptare: quas tres conditiones dassimus quidam Theologus non arbitratur in hac quaestione esse expendendas. Sed quantum ad libertatem attinet, sit ad requisitum tantum rationem meriti, et Christum mortuum plenissima libertate fatentur omnes. Satisfactionem addit exhibendam ab ipsa persona offendente tum solum, quando nullus adest fidei jussor, et sponsor, qui solvat:

ac demum nullam in loco creditore requiri satisfactioni acceptandae necessitatem absolutam, sed hypotheticam, ac supposita redimendi hujus generis gratuita praedefinitione. Occurrit ergo difficultas de quatuor conditionibus principio positis: praesertim quod illustris scotista Mastrius fateatur disp. 4. q. 4. dub. 3 extremas ab omnibus non requiri.

His conditionibus non obstantibus, satisfactionem Christi fuisse ad juris apices tenet, inquit laudatus Card. Augustinianus, universa schola Thomistarum, atque Augustinianorum, subscribentibus Salmanticensibus, Silvio, Suaresio, Tournely, Vitasse, aliisque multo plurimis. Nec desunt qui sententiam oppositam appellant sacrilegam, impiam, et Christo Domino indignam, ut Bartolomeus Medina, Capreolus, Soto, [illegible] apud laudatos Salmanticenses disp. 1. dub. 7. n. 129. Verum quum illius auctores pretii valorem non minuant, ac tantum de his conditionibus dissentiant, temperandum est a censura, quam hac ratione propulsat Mastrius loc. cit. Distinguenda itaque est illa quaestio, an Christi satisfactio fuerit aequivalens, et condigna ab altera, an fuerit ad strictos apices juris; quarum primam negative resolvere, est meritis Christi detrahere, et ad vallum instaurare confractas Socini vires. alteram affirmative impugnare licet salva fide catholica, licet non exigat, et omnes Socini impetus omnino confringeret; quia et ipse, ut vidimus, iisdem conditionibus objectis tela jaculatur. quod nonnulli ad domesticam concertationem paravere, quam ad hosticum conflictum minime providerent. Brevius ergo conclusionibus id, quod quaerimus, explanabimus.

Conclusio I

Christi satisfactio re dicta aequivalens fuit, verum etiam superabundans

Probatur ex Scriptura. Nam psalm. 129. v. 7. Copiosa apud eum

redemptio, ubi non solum advertendum est redemptionem Dei copiosam multis eximiam; verum etiam addi: ipse redimet Israel, ad demonstrandum, inquit Aug. enarr. in hunc psalmum, quia Israel vendere se potuit, et fieri venundatus sub peccato; redimere se ab iniquitate non potuit: sed ille potuit redimere, qui se non potuit vendere. Satisfactio imperfecta etiam ab homine, qui se vendidit poterat exhiberi. Secundo Apostolus ad Hebraeos cap. 10. v. 12. et seq. instituens comparationem inter legales hostias, et Christi mortem, de illis inquit: numquam possunt auferre peccata: De hac autem consummavit in aeternum sanctificatos; atque idcirco hac ratione, ut ostendat, cur olim sacerdos quotidie praesto erat ministrans, easdemque semper offerens hostias. Christus vero unam semel obtulerit: quod sane nihil evinceret, nisi Christi satisfactio omne debitum persolvisset aequivalenti pretio: nam et sacrificia legalia purgare poterant ex Dei liberalitate peccata, et justa erat causa, aliam quotidie hostiam mactandi, nisi Christus semel oblatus sanguinis sui magno pretio peccata omnium satis compensasset. Tertio idem Apostolus ad Rom. 5. v. 20. Ubi abundavit, inquit, delictum superabundavit et gratia: quibus verbis Apostolus praefert meritum Christi ad salvandum peccato Adae ad perdendum; non quidem quoad extensionem, quasi gratia Christi in plures derivata sit, quam Adae peccatum; certum siquidem est, peccatum Adae in omnes omnino homines (exceptis Christo, ejusque Virgine Matre) pertransiisse, in quo omnes peccaverunt; vitam autem gratiae non omnibus communicari, puta infantibus, qui sine baptismate e vita decedunt. Haec non eo forte ordine dicta sunt, quo dici debebant. Testimonia probant, quod probandum erat.

Addo Patres. S. Cyrillus Hierosolimitanus catechesi 13 ait: non tanta erat peccantium iniquitas, quanta pro illis morientis justitia: non tantum nos peccavimus, quantum ille justa egit = fortunas Christi hom. 10 in epist. ad Romanos = multo plura iis, quae debebamus, dependit Christus, inquit: atque adeo tanto plura, quanto mare immensum ad pusillam guttam collatum majus esse possit =. Consentit Augustinus lib. 13. de Trin. cap. 13. Demum S. Bernardus contra Petrum Abaelardum cap. 8. = fuit vero sanguis, ait, qui effusus est, tam multus ad ignoscendum, ut ipsum quoque peccatum maximum, quo factum est, ut effunderetur, deleret, ac per hoc de antiqui illius utpote levioris deletione nullam omnino dubietatem relinqueret =.

Adjicio postea Clemens V. in extravaganti Unigenitus de Poenitentia, et remissione cap. 2. hac Sacrosancti Concilii scribens = non enim corruptibilibus auro, et argento, sed sui ipsius agni incontaminati et immaculati pretioso sanguine nos redemit: quem in ara crucis innocens immolatus non guttam sanguinis modicam, quae tamen propter unionem ad Verbum pro redemptione totius humani generis suffecisset, sed copiose velut quoddam profluvium noscitur effudisse; itaut a planta pedis usque ad verticem capitis nulla sanitas inveniretur in ipso: ubi animadvertit Silvius, Pontificem, ut rationem porrigeret cur una pretiosi sanguinis gutta sufficisset adferre unionem humanae naturae ad Verbum, et ideo ineptum esse praemonendum responsum Clementis contra exponentium, omnia acceptatione supposita. Oratio denique theologica conclusionem firmans continebitur responsione ad primam objectionem

Objectant itaque 1mo. illa satisfactio aequivalens non fuit, quae non fuit infinita; Christi autem satisfactio infinita non fuit: ex actionibus enim finitis constabat.

R. Christi satisfactionem constare ex actionibus finitis quoad entitatem, infinitis vero quoad valorem. Duo in Christi actionibus distinguenda sunt, entitas nimirum, et valor; neque enim valor satisfactionis entitatem necessario sequitur, aut quoad eam illius gradus, et conditiones. Nempe entitas est aliquid physicum, valor vero aliquid morale. Quare actiones quidem ipsae Christi humanitatis, ex quibus constabat ejus satisfactio, finitae quidem fuerunt quoad entitatem, sed nihilominus infiniti potuerunt esse valoris, et pretii.

Ut autem innotescat qua ex parte fuerit infinitus valor, triplex in satisfactione secerni valor potest. Primus objectivus, qui in ipsa actionis entitate, nimirum voluntatis, objecto, circa quod versatur, et modo, quo in illud tendit, positus est. Secundus radicalis, a persona ipsa, quae in satisfactione sese subjicit repetitus. Tertius est derivatus ex principiis, e quibus actiones emanant. Principium autem quadruplex est, quod nimirum et quo; et principium quo aliud est substantiale, nempe natura, aliud accidentale nempe habitus, gratia etc.

Jamvero, ut ad Christum haec omnia applicemus, certum est primo valorem objectivum illius satisfactionis, prout supra expositus est, non fuisse infinitum; actiones enim finitae erant, nisus voluntatis finitus, modus tendendi in objectum pariter finitus, et objectum porro finitum.

Certum est secundo valorem radicalem a persona repetitum fuisse infinitum. Persona enim satisfactione involvitur, tamquam offerens, tamquam oblata. Utroque autem modo Christi persona in ea, quam praebuit

obita, satisfactione includebatur. Ac primo quidem, ut offerens quia se ipsum humiliavit. Quare Apost. ad Philipp. 2. v. 8. humiliavit semetipsum. Secundo ut oblatus. Id enim idem pronuntiat Apostolus 1. Tim. 2. v. 6, Christus dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Proinde utroque etiam modo ejusmodi satisfactioni valorem contulit infinitum Christus. Et contulit quidem ejusmodi valorem, quatenus persona offerens. Satisfactio enim, ut Scholae loquuntur, reflexiva est supra suppositum, et illud inclinat. At persona Christi offerens erat infinitae dignitatis: atque adeo illam in satisfactionem totam effudit. Sed non minorem valorem contulit, quatenus persona oblata. Ea enim ex parte quoque infinitae est dignitatis. Hinc S. Thomas q. 48. a. 2. ait, Christum majus aliquid exhibuisse, quam exigeret compensatio totius humani generis, propter dignitatem vitae suae, quam in satisfactione posuit.

Certum est porro valorem ex principiis satisfactionem Christi derivatum non fuisse unius modi; quia videlicet principia ipsa non erant ejusdem dignitatis. Principium enim quod erat ipsa persona Christi. Principium quo substantiale duplex erat, ambae nimirum natura divina et humana. Principium quo accidentale erat gratia accidentalis, quae Christo inerat. Porro ex principiis actiones peculiarem dignitatem trahunt. Sic Genesis 4. v. 4. respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus, qui vir sanctus erat. Quae quum ita sint, facile est de valore derivato in Christi satisfactionem judicium ferre. Valor enim derivatus a principio quod, nempe a persona, infinitus fuit. Valor derivatus a principio quo substantiali primario, seu a natura divina, similiter infinitus fuit. Valor derivatus a principio quo substantiali secundario, seu a natura humana, finitus fuit; atque valor derivatus a principio quo accidentali, seu a gratia, quum haec natura sua finita sit.

Objectant 2do. Ut infinitus ēt valor personalis, debuisset persona ipsa mōe subjicere ad satisfaciendū. Atqui persona dña nequit se subjicere. Hoc ē repugnat personæ, quæ subdita non ē. Addunt Christi satisfactionē non fuisse satisfacientē, et consequenter multo minus superabundantē, quia indiguit liberali Dei acceptatiōne. Poterat ē, inquiunt, Deus ab ipso sūe reo satisfactionē postulare, et ab aliena persona exhibitā repudiare.

Verū etsi persona dña seorsum spectata non pt sese subjicere ad satisfaciendū, id tn pt, si conjuncta sit humanitati. Audire præstat Apostolū Philipp. 2. de Christo ajentē: qui cum in forma Dei esset.... semetipsū exinanivit formam servi accipiens.... et humiliavit semetipsū. factus obediens usque ad mortem. Ad illud, quod adjiciunt, respondeo, Christū, aut melius dicā Christi satisfactionē non indiguisse Dei acceptatiōne propter insufficientiā pretii, sed solum propter alienæ personæ rationem. Satisfactio dici pt dupliciter indigere liberali creditoris acceptatiōe. ac primo quidē si minus justo pretiū fuerit, et tamen sponte, et liberaliter acceptatū; secundo si pretiū quidē sit sufficiens, imo et abundans, sed recusari possit persona, quæ solvit. Satisfactio Christi priori modo non indiguit liberali Dei acceptatiōne; pretium enim non modo sufficiens, sed etiā abundans. Potuit ē Deus pro jure suo hīam plectere, proinde acceptā non habere alienā satisfactionem quantumlibet esse sufficientē. Neq ē satisfactio a restitutione distinguitur, ut altera quoque alicui dicatur. Scit pœna ab ipso reo lui debet, et quod in contemptu injuria posuerit, non deletur, nisi contrario, tum interno ā judicio, tum externo opere quodā reponi, a quo injuria profecta ē. Sed ut aliena ad satisfactionē admittatur, id gratuitæ ē liberalitatis. Neque tn id officit perfectæ satisfactioni.

tionem illa satisfactio necessaria est ad supplendum pretium, sed ad præstandum consensum in persona, quæ recusari poterat. Quapropter acceptatio illa mere extrinseca est, nequaquam intrinseca satisfactioni. Nihil enim condonatum est Christo, utpote qui parem injuriæ satisfactionem exhibuerit, imo et majorem. Sed id duntaxat est indultum homini reo, ut quam satisfactioni ipse ipsius esset, redemptorem haberet, quo prius carebat. Deus ergo potuisset hujusmodi satisfactionem non acceptare, non quod idonea non esset, sed quod non esset rei debitoris, non quod imperfecta, sed aliena esset.

Conclusio secunda.

Christi satisfactio fuit juxta strictos justitiæ apices.

Ostenditur. Conditiones enim omnes, quæ ad strictam satisfactionem, et exactos justitiæ leges exiguntur in Christi satisfactione est invenire. Ac primo quidem Christi satisfactio fuit æquivalens, et creditori quidem debitum erat, persolutum fuit ut demonstratum hactenus.

Secundo Christi satisfactio fuit ad alterum. Quod antequam ostendam, præmitto, et moneo hic esse gravissimam difficultatem, et super hac re disputare theologos. Nonnulli asserunt non esse ad alterum, quia refertur ad Patrem, qui est suppositum a Filio distinctum, et ad Spiritum Sanctum. Verum satisfactio illi reddi debet cui illata injuria est. atqui non solo Patri, sed Deo in tribus personis subsistenti per peccatum illata injuria est ergo et sibi aliquo modo satisfacere Christus debuit, quatenus Deus. Alii ajunt, Christum noluisse sibimetipsi satisfacere, sed de jure suo hac in re non fuisse sollicitum, ac cedere voluisse. At si ita est aliquid gratis Deus remisit ex debito, quod humanum genus contraxerat, atque adeo satisfactio Christi stricta, et ad rigorosos justitiæ apices exacta non fuit.

His breviter præmissis ajo, Christi satisfactionem, qua parte sibi ipsi satisfecit, fuisse ab alterâ, quantum necare fuit. Utriusq. enim naturæ distincta sunt bona. Ergo potuit Christus, ut homo mortem offerre in satisfactionem sibi et Deo: idque eo magis verum est, quod etsi una sit realiter in Christo persona, duplex nihilominus virtualiter potest admitti; Filii Dei persona, et persona sponsoris, vadis, ac redemptoris absque ullo in Nestorii errorem incidendi periculo. Hoc, quoad fidei scripta, declarari potest exemplo Summi Magistratus, qui ex ærario publico aliquam pecuniæ summam extraxisset in commune usus, ab omnibus postmodum pro rata portione ærario restituendam. Hic posset ut privatus debitam a se pecuniæ partem solvendo sibi ut reipublicæ principi facere satis, quia duplex sustinet nomen.

Secundo Christi satisfactio fuit ex propriis, et aliàs indebitis. Id quod spectat ad primam partem, Joannis 12. v. 14 Christus sic ait, Ego pono animam meam: nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. His enim verbis indicat, id in sua prorsus fuisse potestate. Adde. Ille ex propriis satisfacere censendus est, qui iis satisfacit, quæ sunt juris sui singularis. Atqui Christus iis satisfecit, quæ ipsius erant juris singularis. Illius enim satisfactio duo simul complectebatur, personam scilicet, quæ satisfaciebat, et opera quibus satisfaciebat. Atqui persona satisfaciens propria haud dubie Christi fuit; opera verò, si non quoad existentiam, saltem quoad probabilem, et valorem ab eo certo erant. Aliunde verò ipsius insuper erant et jus peculiare, quod ex unione hypostatica Verbum divinum in humanam naturam acquisierat

Quod vero satisfactio fuerit ex aliis indebitis ex eo fit manifestum, quod ea, quibus satisfecit singulari ejus dominio subjacebant modo mox indicato. Imo hoc quoque idem illud quoque apertissime evincit, quod Christus plus obtulerit in satisfactionem, quam esset necesse ad omnia nostra debita expungenda, ut demonstratum est superiore conclusione.

Quarto denique in satisfactione Christi non intervenit ex parte Creditoris alicujus partis debiti gratiosa remissio; fuit enim plena, infinita, superabundans. Recole, quae de Christi sufficiente, et abundante satisfactione supra dicta sunt.

Instarges, et dices, Christi satisfactionem non fuisse ex bonis ipsius propriis, et aliis indebitis. Satisfactio enim Christi etiam quoad valorem spectata, originem, et pretium sumit ab unione hipostatica. Atqui unio haec totius Trinitatis beneficium est. Trinitatis primo communicat personalitatem, et naturam Filius accipit a Patre per aeternam generationem ergo etc. valor actionis satisfactoriae, quia a persona verbi aeterni Patris dominio subest. Praeterea ipse Christus omnes suas humanas actiones utpote creatas Deo debebat multiplici nomine, nempe gratitudinis, religionis, obedientiae, justitiae. Qui ergo fieri potest, ut ejus satisfactio fuerit ex bonis propriis, et aliis indebitis?

Respondeo speciosa aliquo posse videri haec objecta, sed non satis ea movere. Satisfactio enim, ut ad primum veniam, quam Christus Deo exhibuit, originem, et pretium sumit ab unione hipostatica, tanquam conditione praesupposita, non tanquam activo principio valoris, et pretii: unio quippe ex se activa non est, sed mera est conditio necessaria, et

Verbum humanitati physice unitum, et capax sit satisfactionis Deo offerendæ. Quod ad aliud attinet, respondeo valorem satisfactionis Christi quæ a persona Verbi subjectum fore æterni Patris dominio, si Pater Filio naturam communicasset, et personalitatem per generationem æternam ab æterno, et eo fine, ut humanitati conjunctus in tempore meritoria opera, et actiones eliceret. Verum Pater ex necessaria naturæ suæ inclinatione Filium generat, sibi æqualem, et consubstantialem, atque adeo minime dependentem, ac subditum sibi.

Ad tertium dico antecedens propositum. Christus omnes suas actiones, utpote creatas Deo debebat ratione entitatis physicæ, ceterum ratione pretii, et valoris, ac satisfactionis, id vero concedere non possum. Pretium enim illud oritur a persona Verbi quæ nulli subjacet, et est ipsamet Verbi persona humanitati conjuncta. Deinde vero quotiescunque debiti alicujus solutio major est debito, seu debitum excedit, et superat, potest illa solutione, quamquam alio aliquo titulo debita, stricte, et abundanter quis satisfacere: atqui Christus quod pro nobis solvit debitum longe superavit; ergo superabundanter solvit: atque adeo eadem solutione, quamquam nonnullis aliis titulis debita stricte, ac rigorose potuit divinæ justitiæ satisfacere.

Dices vero in Christi satisfactione aliquam debiti intervenisse gratuitam remissionem, atque hac saltem ratione Christi satisfactionem non posse dici ad strictum justitiæ apices exactam esse. Id ex eo evincere potens, quod remissum gratis fuerit saltem debitum, quod contraxerant mortales omnes carendi omnibus gratiæ auxiliis tum internis, tum externis, ideo carendi ipsomet redemptore, ac servatore: quod debitum gratis remissum fuisse, quod Deus Filium suum gratuito nobis concesserit, nemo inficiari potest. Quare vel ipsamet Christi satisfactio donum Dei est.

Sed ne hoc quidem satis urgent. Proprie enim, et accurate.

loquendo non contrariamur per peccatum debitum avendi redemptore, sed hoc unum non posse scilicet tempus hujus a peccato resurgere sine gratia Redemptoris. Anvero exigendus hoc sit, vel non exigendus, gratia donandus necne unice pendet ab arbitrio, et voluntate Dei, qui potest misereri, vel non misereri. At ex parte nostri nullum ea in re proprie meritum, vel demeritum est, sed hoc quasi passive se habet, ut redemptorem habeat, vel non habeat. Addunt nonnulli debitum avendi redemptorem, si verum debitum est, gratis quidem condonandum fuisse nobis, sed gratis condonatum non fuisse Christo, qui superabundanti, et infinito sanguinis pretio, etiam debitum illud omne expunxit.

Quod addunt satisfactionem Christi esse donum Dei, id aequivocum est. Quamquam enim donum Dei est hoc sensu, quia ex libera, et misericordi sua voluntate Deus Filium suum pro nobis dedit; tamen Christi satisfactione ita donum Dei, ut illa non sit in pleno, et absoluto dominio Christi oblatum, id est quia ipse voluit, quare plane, ac stricte satisfecit. Accedit, quod gratia unionis non cadat in Verbum, sed in humanam naturam. Verbum autem non satisfecit per humanam naturam, quod ad gratiam attinet et valorem satisfactionis, sed per divinam, suamque propriam personam, quae nullius dominio, ac imperio subjacet.

Instantia. Pactum creditoris, quo debitori remissum est, in-minuit rationem strictae Justitiae: pactum autem hujusmodi aliquid supponit gratiam. Atque necesse fuit, pactum intercedere Patrem Deum inter, et Filium, ut quae offerenda erat satisfactio acceptaretur. Potuisset namque Deus exigere, quod omnes concedunt, ut ipsimet satisfacerent, qui peccaverant, non sponsor in ejus locum.

Respondeo nonnulli hoc aliis verbis objectatio et interpretatio eique ut faciam satis sufficere, ut duplex distinguam pactum, quod creditorem, inter ac satisfacientem intercedere potest, intrinsecum videlicet, et

extrinsecum. Pactum intrinsecum voco, quod supplet defectum, et insufficientiam operis, ut sit de condigno satisfactorium. Pactum vero extrinsecum dico cum Tournely, cujus plerique hæc sunt, quod supposito pretio condigno in opere satisfactorio postulat tantum mutuum contrahentium consensum. Pactum intrinsecum non est quidem strictæ justitiæ, cum ea quæ compensationem requirit at nullum fuit ejusmodi Patrem inter, et Filium divinum quia independenter ab omni conditione, et pacto satisfactio Christi pretii, et valoris erat infiniti, et plusquam condigna, atque idonea cuilibet delicto nostro extinguendo. Atque ex his patet quoque illam inutilem prorsus et otiosam videri quæstionem, quam excitant nonnulli, an scilicet Deus potuerit non acceptare Filii sui satisfactionem. Namque vel supponitur decretum de divi Verbi incarnatione in eum finem, ut pro nobis satisfaceret, vel non supponitur. Si primum certissimum est non potuisse Patrem non acceptare satisfactionem Filii: si posterius, illusorium videtur quærere, an Pater divinus potuerit non acceptare Filii sui satisfactionem, quasi contingere posset Filium aliquid velle, quod Pater non velit: quum una, et eadem sit utriusque voluntas, et consensio

Quod de pacto intrinseco, et extrinseco dictum est, hoc ipsum et de gratia Christo concessa dici debet: nimirum gratiam internam quæ satisfactioni quasi minus condignæ pretium suppleret de medio tollere strictæ justitiæ rationem, eam vero gratiam in Christo non agnoscimus; gratiam vero externam puta unionis concurrens etc. non imminuere strictam justitiam, quia condignum meritum ab ea nequaquam dependet.

Caput VII
De Christi merito.

Dogmaticae, ac speculativae inquisitioni de Christi satisfactione libenter subjicio doctrinam de Christi merito; propterea quia illi haec valde affinis est. Hoc ergo capite quaerendum primo, quando Christus meritus sit? secundo per quos actus? tertio quibus personis? quarto quidnam meritus fuerit? idque praestabo primo articulo, cui alterum adjiciam, quo speculativas quaestiones pertractabimus.

Articulus I.

Quando Christus meritus fuerit? per quos actus? quibus personis quidnam meritus fuerit?

Quo rectius intelligantur, quae hoc, et seq. articulo dicenda sunt animadverte primo meritum in genere esse obsequium alteri exhibitum, de se aptum ad obtinendum aliquod praemium, et retributionem. Alii dicere malunt nihil aliud esse, quam operis dignitatem, et valorem in ordine ad praemium. Dividitur in condignum, ac congruum. Condignum juxta S. Thomam in 3. dist. 23. a. 5. est quando invenitur aequalitas inter praemium, et meritum secundum rectam aestimationem, congruum vero, quando talis aequalitas non invenitur, sed solum secundum liberalitatem dantis munus tribuitur, quod dantem decet. Satisfactio, et meritum differunt inter se, non quod satisfactio non possit esse meritoria, aut meritum nequeat esse satisfactorium, sed quia satisfactio supponit offensam, meritum vero respicit praemium. Hinc praecipuum inter satisfactionem condignam, et meritum condignum discrimen in eo situm est, quod illa aequalitatem respicit cum offensa, hoc vero cum praemio.

Animadverte secundo in actionibus, quibus Christus Deo pro nobis fecit satis, distingui oportere entitatem, valorem, satis-

factionem, ac meritum. Physica actionis entitas efficienter, et elicitive, ut ajunt scholae, est a natura humana: valor a persona Verbi ad humanitatem conjuncti: satisfactio est ab homine Deo, quod debita justitiae debebamus solvente: meritum a Christo, cui Deus justam mercedem retribuit.

Animadverte tertio ad merendum de condigno istas potissimum conditiones requiri, nempe statum viatoris, sanctitatem in operante, et operante, libertatem in opere, et promissionem in remunerante. Hujus postremae conditionis vi contingit, ut quamvis offensus satisfactionem condignam sibi exhibitam, nisi alio titulo eam illud satisfactorium exigere possit, moraliter loquendo debeat acceptare: tamen nemo per se loquendo tenetur meritum de condigno condigna remuneratione compensare, nisi acceptandi meriti pactum, et promissio interveniant. Sit jam

Conclusio prima

Christus meruit a primo conceptionis instanti usque ad extremum vitae suae mortalis spiritum.

Probatur ex Apostolo Hebr. 10. v. 5. = ingrediens in mundum dicit: hostiam, et oblationem noluisti; corpus autem aptasti mihi: holocautomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: ecce venio.... ut faciam Deus voluntatem tuam.... in qua voluntate (pergit Apostolus v. 10.) sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel =. Per ingressum autem in mundum intelligi debet primum illud instans, quo persona Verbi in utero Virginis humanitati hypostatice conjuncta fuit: in hoc ergo primo instanti Filius Dei exinanivit semetipsum formam servi accipiens, in eoque cognitione, ac libertate praeditus fuit, atque adeo et meriti capax, ac consequenter communem aliorum infantium conditionem, quantum ad animam

abinet, positus; virque ipse erat, id est non perfectus juxta illud Jeremiae 31. femina circumdabit virum.

Dices. Ubi est impetratio, ibi est meritum juxta Augustinum epist. 194 alias 105. asserentem: neque ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Atqui Christus etiam redivivus a mortuis, et sedens ad dexteram Patris pro nobis interpellat, caelestia dona impetrans. Christus igitur etiam in caelo pro nobis aliquid meretur.

Resp. distincta majore propositione. Ubi est impetratio proprie dicta, fundata in merito; concedo; ubi est impetratio late sumpta; nego. S. Augustinus loco cit. loquitur de impetratione late sumpta, non prout est effectus proprius orationis; agit enim de impetratione, quae provenit ex actu fidei, non quidem orando, sed merendo, quae impetratio non differt a merito. Illa vero est impetratio stricta et propria orationis, et haec sub ipso respectu non est meritoria; namque in oratione distinguitur ratio meriti et ratio impetrationis, et pro meis mereri sibi, et aliis impetrare. Quum igitur Christus pro nobis intercedit, ac caelestia dona impetrat, non de novo meretur, sed meritum in morte sua consumatum Deo offert, ac repraesentat, nobisque applicat.

Objectio. Christus meritus est per vulnus illud, quo ipsius latus post mortem apertum est; siquidem ex eo vulnere nostra sacramenta omnemque efficaciam, et vim fluxisse asserunt S. Leo ep. 4. c. 3. Aug. ... 1.10. ... hoc tract. 15. et 120 in Joannem. Aliquid, et post mortem igitur meritus est Christus. Unde ...

quidem evincit quidquam. Vulnus enim illud duplici sensu sumi potest ... dici. Primo quatenus objective fuit meritorium, quatenus fuit objectum voluntatis sanae, et meritoriae, qua Christus adhuc vivens acceptavit illud vulnus, et sese ad effundendum totum sanguinem

suum obtulit pro nobis, quia tunc antequam latus aperiretur, nondum erat completa passio. Secundo Christus dicitur peccata nostra eo vulnere abluisse, repraesentative, ut ajunt, quia illa effusione mirabili sanguinis, et aquae mundiciem, et redemptionem nostram repraesentavit, atque adeo novae legis Sacramentorum efficaciam, quae aqua illa, et sanguine figurabatur. Sic ad Rom. 4. v. 25 Christus traditus esse dicitur propter delicta nostra; et resurrexisse propter justificationem nostram; non quod ejus ~~resurrectio causa~~ fuerit meritoria nostrae justificationi, sed quia resurrectionem nostram spiritualem ad vitam gratiae repraesentabat. Hoc eodem sensu intelligendus est S. Thomas ad quaest. 52. a. 1. ubi ait, Christum ad inferos descendisse, ut nostram poenam adaequate portaret, et nos ab omni poena eriperet; quibus verbis id significare videtur, Christum suo ad inferos descensu pro nobis satisfecisse, et nos ab inferno liberasse. Sed mox exposito sensu, Angelicus Doctor intelligendum esse, dicendumque docere, Christi ad inferos descensum illius passionis efficacitatem expressius significare, quae nos ab omni poena temporali et aeterna redimit, saltem quoad sufficientiam.

Conclusio secunda.

Christus meritus est per suos actus amoris et dilectionis Dei, quos ex scientia infusa, non vero per eos, quos ex beatifica visione eliciebat. Pariter meritus est per omnes actus obedientiae, humilitatis, legis observantiae, uno verbo per omnes actus virtutum moralium. Pars prior aperta est. Meritus quippe Christus est per actus liberos bonos, Deo gratos, et acceptos. Ejusmodi vero erant actus amoris, et dilectionis Dei ex scientia infusa, imo pariter ipsa principium fuit, et forma omnis meriti. Pars altera non minus videtur certa. Namque amor ex beatifica visione, ut professores, liber non est, neque viatoris, sed comprehensoris. Quare S. Thomas ait Christum non meruisse per charitatem, in quantum erat

Charitas comprehensoris, sed inquantum erat Charitas viatoris, quae doctrina duplicem supponit in Christo amorem, unum, qui visioni beatificae, alterum, alt qui scientiae ejus infusae respondebat: hunc liberum; illum vero fuisse necessarium. Sunt qui non nisi unum in Christo amorem, eumque beatificum agnoscunt, qui pro diverso genere in objectum suum tendit, respective, et necessarius, et liber est. Necessarium dicunt prout versatur circa bona Dei essentialia, et intrinseca; liberum prout versatur circa bona extrinseca, puta gloriam Dei externam et accidentalem.

Pars 2a ex mox dictis consequitur. Actus quippe illi obedientiae, humilitatis, legis observantiae, erant boni, et liberi quamquam et in quorumdam sententia mandatum a Patre Filio dedit ut mortem subiret, hi ii [illegible] contendant vero aliquo sensu mortem Filio fuisse liberam. Oblatus est, quia ipse voluit

Conclusio 3a [illegible]

Christus sibi meruit gloriam corporis, nominis exaltationem, gentium cultum, et adorationem. Coelestia seu splendorem, firmitatem etc

Lucae c. 24. v. 26 de Christo dicitur. nonne haec oportuit Christum pati, et ita intrare in gloriam suam? Secundum ad Phil. 2 v. 8 Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur coelestium terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. [illegible] ad Ephes. 1 [illegible] legitur: Qui benedixit nos in omni benedictione coelesti spirituali in coelestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti, et immaculati

Saepe apud illos quaestionem [illegible] Christum non potuisse mereri unionem hypostaticam quoad substantiam, potuisse vero quoad aliquas circumstantias.

[illegible]

An Christus meruerit, aut potuerit mereri unionem hypostaticam [illegible] Negare [illegible] expedit [illegible] exscribere non [illegible]

Caput 8

De incarnatione, id est unione duarum naturarum, Divinae, et humanae in una Verbi persona

Cum non modo incarnationis mysterium peractum esse probaverimus, verum etiam aperuerimus causas, nonnullaque alia, quae illud spectare videbantur, absolvimus, jam tempus est ut ad illius naturam accedamus. Cum siquidem incarnatio nihil aliud quam divinae simul, et humanae naturae in una, eademque persona Christi conjunctio, duo mysterium illud complectitur, personae scilicet unitatem, et naturae utriusque distinctionem, quae singulatim exequemur. Ac primum quidem statim exponemus, alterum vero ad alio loco propugnandum differimus.

Articulus I

De una Christi persona.

Ut dilucidius cognoscantur omnes sinus erroris Nestorii, qui Christi personae unitatem inficiatus est, cujus haeresiarchae historia hic omittitur, observandum est juxta Nestorii mentem, primo nullam esse [illegible] Christi naturae physicam et substantialem, sed moralem tantum unionem. Ita ut Verbum quidem in Christo homine, tamquam in templo habitet, eumque quod affectu, et amore sit cum ipso, eumdem conjungatur quoad operationes; quia videlicet humana natura, tamquam instrumento [illegible] utatur, [illegible] dignitate qua naturam nostram ad ejusdem secum honoris consortium [illegible]. Imo concedebat aliquatenus personarum unionem, quia eadem utrique nomina impropriè attribuebantur, sed [illegible] ullo naturam nostram in eandem hypostasim assumptam esse.

Secundo nullam veram in utraque Christi natura admittendam esse [illegible] communicationem proprietatum; adeo ut Deus accurate dici non posset natus, passus, mortuus, nec homo similiter dici possit proprie Deus, sed tantum Deifer. [illegible] duos revera esse in Christo filios,

alterum naturalem Dei, nempe Verbum, alterum adoptivum, idest hominem. Et B. Virginem, utpote quae Divinitatem non procrearet, non posse legitime dici Theotocon seu Deiparam. Ideo a Verbo assumptum fuisse hominem Christum jam per se subsistentem. Ideo demum nunc eundem hominem Christum ob merita operibus suis, et decursu temporis promeruisse, ut a Verbo assumeretur.

Atque hoc quod ad Nestorium spectat. Hinc observandum est ante quam Catholicum dogma proponamus, hic sermonem non esse de unione morali ex amore, et affectu orta, quae ratione concordiae et consensionis ponitur qualis unio inter amicos; neque de unione quoad efficaciam et sustentationem generalem, per quam omnia in Deo sunt, et ab eo pendent, in quo vivimus, movemur, et sumus; imo neque de unione mystica, seu morali, qua qualis unio fidelium cum Christo, sed de unione hypostatica et personali utriusque naturae divinae, et humanae in una Verbi persona, ac de ea, quam nobis exponit Symbolum, quod dicitur Athanasianum: Est ergo fides recta, ut credamus, et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est. Deus est ex substantia Patris, ante saecula genitus, et homo est ex substantia matris in saeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali et humana carne subsistens ... Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen sed unus est Christus. Unus autem non conversione divinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino non confusione substantiae, sed unitate personae. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus.

Non observandum et illud, nos in posterum promiscue usurpaturos subsistentiae, hypostasis, suppositi, et personae, quibus idem significatur, nempe una singularis, et individua substantia, quae in se subsistit aut substantia completa per se et non in alio [illegible]

è una individua substantia, prout subsistit, seu supponitur vel naturâ universali, vel accidentibus; persona denique dicitur, quatenus è individua naturæ rationalis substantia, ut personam definit Boetius. Quare nihil addit supra suppositum, præter naturæ rationalis dignitatem; id tamen diligentissime adnotandum, veteres Patres hac voce hypostasis non semper personam illam intelligere, quam definit Boetius, sed quandoque intelligere ipsam naturam, ut inter alios Didymus Alex. l. de Trin. c. 25. pag. 38.

Conclusio.

Hypostatica unio est una, et duarum Christi naturarum, seu unio in persona. Veritas hujus conclusionis Dogma continet in Religione Christiana fundamentale demonstratur 1. Scripturis, quæ ad id evincendum [illegible] multiplex argumentorum genus suppeditant. Primum petitur ex iis locis, in quibus unicum Christi suppositum utramque naturam [illegible] ita Phil. 2. v. 6. dicitur [illegible] qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, et habitu inventus ut homo [illegible] ipse unus [illegible] Christus et [illegible], et humanam naturam habere [illegible]. Idem siquidem prius fuisse in forma Dei, et postea assumpsisse formam servi; [illegible] Deo æqualis, et obediens [illegible] accipiendo formam servi Verbum [illegible] Christus in forma [illegible], tamen in tempore assumeret [illegible], non [illegible] posset exinanitum [illegible] Patres [illegible] exinanitus [illegible]

Secundum [illegible] Verbum caro factum est Joan. 1. v. 14. [illegible] substantialem conjunctionem [illegible] Verbi [illegible] vel per [illegible] nec per [illegible] unionem, [illegible] per unius in alterum mutationem. Itaque Verbum [illegible] per [illegible] conjunctionem in carne; [illegible] propter moralem [illegible] unionem [illegible] conjunctio, [illegible] profecto alter fieri [illegible] dicitur. Ergo Verbum caro factum est per hypostaticam conjunctionem, hoc est [illegible] ipsa [illegible]

[illegible] ex iis, inquit, Xtus hoc contra significatur ea [illegible] Jean 10 v 18. [illegible]
[illegible] quam [illegible] eam [illegible], [illegible] de illo [illegible], [illegible]
[illegible] quae propria [illegible], et quae [illegible] in [illegible]
[illegible] ullum [illegible], aut [illegible]
argumentum [illegible] reciproca nominum, ac proprietatum communio, quae in [illegible]
occurrit. Ac [illegible] in Xto [illegible]
[illegible] stirpe, nativitas [illegible] a tempore, sanguis, mors, [illegible] q. v. 6
= Parvulus natus est nobis .... et vocabitur nomen ejus Deus fortis [illegible]
[illegible] Paulus ex quibus [illegible] carne, qui est super omnia Deus
benedictus in secula. [illegible] 20. 28. [illegible] in quo vos [illegible]
[illegible] posuit Episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo [illegible] 2 8
[illegible] cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent [illegible]
[illegible] et [illegible] aeternitas [illegible]
[illegible] = Antequam Abraham fieret ego sum [illegible]
4. v. 10 [illegible] ipse est, et qui ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia
Item [illegible] significatur [illegible]
Matth. 1 v. [illegible], et [illegible] nomen ejus [illegible]
[illegible] Deus [illegible] ex quo manifestum sequitur [illegible]
[illegible] eum, qui Deus est, concepisse, et peperisse. Luc. 1 [illegible] quod nascetur ex te
Sanctum [illegible] Filius Dei. Gal. 4. v. 4 = misit Deus Filium suum factum ex
[illegible] Filio Dei aeterno, seu de Verbo Deo aeterno. [illegible]
dicitur [illegible] natus, et factus ex B. Virgine

[illegible] quae in [illegible]
[illegible] propositionis [illegible] ad Apostolorum usque tempora [illegible]
in symbolo Apostolico sic legitur = Et in [illegible]
[illegible] qui conceptus est de Spiritu S. natus ex Maria Virgine. [illegible]
[illegible] de aeterno Dei unico Filio agitur. At [illegible]
conceptum de Spiritu S. natum ex Maria Virgine =

[illegible]

Secundo in symbolo Niceno Constantinopolitano recepto, postquam Xtus dictus est Deus de Deo, et consubstantialis Patri, in eodem symbolo additur: Qui conceptus est de Spiritu S. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis, et incarnatus est de Spiritu S. ex Maria V. et homo factus est. Quae quidem ita luculenta sunt, ut propterea Sinodus Ephesina novo aliquo simbolo adversus Nestorianam haeresim condi vetuerit, quia illud jam erat sufficientissimum, quod extat in Constantinopolitano ab omni Ecclesia recepto.

Tertio Sinodus Ephesina, licet symbolum illud satis esse decreverit, attamen 12 anathematismos approbavit. Primus quorum ejusmodi est: Si quis non confitetur, Emmanuelem vere Deum esse, et ob id S. Virginem Deiparam, genuit enim illa incarnatum Dei Patris Verbum (Verbum factum carnem) anathema sit. Idem: Si quis non confitetur Dei Patris Verbum carni secundum hypostasim unitum, unumque esse Christum, eundem verum Deum simul, et hominem, anathema sit. Tertius: Si quis in uno Xto post unionem dividit hypostases, easque ea tantum conjunctione inter se connectit, quae est secundum dignitatem, vel auctoritatem, aut potestatem, et non potius concursu, qui est secundum naturalem unionem, anathema sit.

Quarto Synodus Chalcedonensis [illegible] in professione fidei confitemur, ait, unum eundemque Xtum in duabus naturis inseparabiliter, inconfuse, indivisibiliter, immutabiliter agnoscendum, nusquam sublata differentia naturarum propter unitionem, magis salva utriusque naturae proprietate, et in unam personam, atque subsistentiam concurrente.

Quinto demum Concilium V [illegible] perstrinxit errores: Si quis, ait, secundum gratiam, vel secundum operationem, vel secundum dignitatem, vel secundum honoris aequalitatem, aut relationem, aut virtutem, unitionem esse factam [illegible] et non substantialem unitionem Verbi ad carnem factam esse, anathema sit.

Demonstratur 5. auctoritate Patrum. Etenim S. Ignatius Martyr epist. ad Ephes. unionem substantialem, seu secundum hypostasim [illegible] inter Deum, et naturam Xti [illegible] singuli, ait, convenitis in una fide et in uno Jesu Christo secundum carnem ex genere Davidis, filio hominis, et filio Dei. Et clarius id multo ante. Deus noster Jesus Christus in utero gestatus est a Maria

Secundo unam in Xto personam, nō 2, unum Xtum, nō 2 docet Dionysius Alexan-
in epist. ad Paulum Samosatenum, ubi haereticum redarguit, quod personas, quas per hypostases asseverabat unius Xti, sive Xtos duos, duosque filios. Tertio demum B. Virginem Deiparam, seu Theotocon esse communiter a Patribus apellatam patet ex Cirillo Alexandrino, lib. de recta fide ad Reginas [illegible] [illegible] [illegible] Deiparam [illegible], veteribus Patribus, quorum sanctimoniam, et fidei integritatem admiramur, nec non aliis, qui eos deinceps [illegible] sunt [illegible] per universum, ut ita dicam terrarum orbem familiare esse, ostendere [illegible] existimasi. Profert deinde multa veterum testimonia, inter quae illud [illegible] Theophili Episcopi. Hoc unum non praetermiserim, optimos, ac sapientissimos quosque Patres quotquot ante nos extiterint, omnes sacram Virginem Deiparam apellare.

At vero B. Virgini denegari Deiparae nomen non potest nisi funditus subvertatur incarnationis mysterium. Alterutrum [illegible] [illegible], aut Filium, quem B. Virgo peperit verum esse, et [illegible], et consequenter B. Virginem esse Deiparam, quae Filium Dei verum Deum [illegible] genuit, aut Filium verum non esse, quo posito funditus ruit incarnationis, ac Redemptionis humanae mysterium, et falsa erit illa Joannis propositio: Verbum caro factum est, quod asserere, summae impudentiae dementia. Hoc ratum est, [illegible] S. Cyrilli anathematismum [illegible] [illegible] [illegible] qui sacram Virginem Deiparam esse impie negant, hi necessario [illegible] [illegible] [illegible] constituant. [illegible] si sacra Virgo Deum incarnatum [illegible] carne non peperit, vel [illegible] [illegible] oportet, hominem [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Deiparam, [illegible] divinitate [illegible] [illegible]

ratione 3ª.

Demonstratur 3tio ratione theologica illa quidem. Si namq. duæ sunt in Christo personæ, Una una, Una altera, quænam ambo pro nobis passa è, et mortua? quænam pro nobis satisfecit? a peccato, et condemnatione nos redemit? Sacramenta instituit? an Una? sed hæc nec pati, nec mori, nec se sola pro nobis satisfacere pt. An Una? Verum hæc quum finita sit, pretium infiniti valoris pro nobis offerre non pt; nec sacramenta instituere, quum incapax sit illis impertiendi vim gratiæ sanctificantis productivam. Recte igitur re[...] stando Nestorii errore, uno ictu ruit Incarnationis [...], ejus pro nobis satisfactio, humani generis redemptio, institutio, et efficacia Sacramentorum.

Imo et illud addere possumus; si nempe, et fidei simbola nunc quoque, quemadmodum olim, Christum unum ee testantur, et symbolum præsertim Nicænum, ut observatum è præsertim a Ruphino in expositione Symboli in ea voce unum emphasim quandam constituit. Ergo si hac fide vincitur error Gnosticorum, qui Christum a [...] vellentes, seu ut inquit Irenæus lib. 1 cap. 1 negabant unitatem personæ Salvatoris, cur etiam non refutatur Nestoriana blasphemia? Profecto Gnostici affirmantes Christum creatore, et demiurgon transiisse per Virginem, ut per canalem aqua et aquas, et in illo Soterem ex pleromate descendisse, atque inhabitasse; nec non Valentiniani qui autumabant alium ee Monogenem, seu Unigenitum, alium Logon, seu Verbum, et unum in alterum advenisse, antiquis Irenæi symbolis damnabantur. Atque nunc facta inductione, ut occidentales Ecclesiæ, in quibus Gnosticorum errores nondum invaluerant, præcipuis verbis vocis unum communicaverunt non enuntiarent. At eandem unionem, quam statuit Nestorius inter Verbum, et Christum, illi haereticorum alienum ante[...] gnarum inter demiurgon, et Soterem, sive inter Monogenem, et Logon

continuebant ergo Scripturis, et fidei symboli, inquiens Christus quibus unus significatur, hipostaticam unionem inter humanam, et divinam naturam Christi intercedere, unamque esse Christi personam.

Accedit certissimos nos ea ex scriptura Verbum factum esse carnem At non est caro factum per suei conversionem in carnem (quis tam impius, ut istud fingat). Ergo est caro factum per assumptionem carnis in Verbi personam. Haec et alia passim adversus Nestorium urgent catholici cum S. Cyrillo potissimum, qui hæreticum virum, ad concilium venire recusantem coram universa Ephesina Synodo convicit Quare a Celestino summo Pontifice inquisit ad Clerum, et plebem Constantinopolitanam, et a Patribus Ephesinis in sententia depositionis novus judas apellatur Theodosius vero imperator sectatores Nestorii Simonianos infamari, eorumque libros omnes data lege flammis absumi jussit

Articulus II

Dissolvuntur objectiones

Objiciunt primo auctoritatem Scripturarum. Christus est de sua loquens humanitate, solvite, inquit, Joannis 2., templum hoc illi non est solvite me Ergo Verbum inhabitat naturam humanam velut templum quoddam suum atque adeo moralis tantum inter cedit unio Verbum inter, et naturam humanam, duaeque erunt in Christo personæ, quandoquidem idem non fit esse templum, et ille qui inhabitat templum.

Respondendum cum Leontio Bisantino lib. 3 contra Nestorianos, non tam de verbis quam de sententiis, ac verbo rum in quæstione hic esse. Fides est verbis et Nestorii impietas, et catholica veritas exprimi fit Deinde ejus ex allato Scripturæ loco solvite templum hoc, quo abusus est Theodoretus contra Cyrillum Anathe

maximum Cyrilli; probant quidem duas esse in Christo naturas, non vero duas personas ad physica, et hipostatica unionis exclusionem. Sic et anima nostra rationalis organicum corpus nostrum inhabitare dicitur; cui tamen physice unita est.

Objiciunt vero auctoritatem Patrum. Patres etenim frequenter asserunt, Verbum assumpsisse hominem: inter alios S. Augustinus, tum in Enchiridio cap. 26. tum in libro de Praedestinatione sanctorum cap. 15. et alibi. Deinde S. Basilius in psalm. 59 Christum vocat Deiferum, et S. Athanasius in expositione fidei hominem Deificatum. Accedit S. Damascenus, qui humanitatem Christi appellat instrumentum divinitatis. Ergo Verbum assumpsit etiam subsistentiam, et personalitatem creatam humanae naturae: nam si non assumpsisset hominem, quia homo est concretum ex hac, et subsistentia. Similiter inferlur vero Verbum physice naturam humanam sibi haud quaquam univisse; alioquin Christus non diceretur Deifer, neque Deificatus. Verum S. Chrysostomus hom. 3. in caput 1. epist. ad Hebr. de Apostolis ait: Hic et judaeos, et Pauli Samosateni asseclas, et Arianos unit, et Marcionem. Quemadmodum judaeis quidem ostendens duas personas, et Deum, et hominem ad... adversus Marcionem autem, et alios quod sint duae personae divinae per hipostasim. Quod clarius confirmant Concilia, et Patres dicant, Verbum assumpsisse perfectiones omnes naturales, excepto peccato. Atqui subsistentia est perfectio naturalis a peccato distincta, ergo verbum assumpsit etiam subsistentiam humanam.

R. jam pridem a nobis partim demonstratum, partim significatum saltem esse, Patres concedere in Catholici dogmatis veritate, et in praesentia non de verbis quaestionem esse, sed potissimum de sententia. Deinde ut a primo exordiar, Patres sic aliquan-

de loquentes pro abstracto concretum accepere, idest hominem pro huma
nitate, quia tunc in usu non erat vox abstracta humanitas, sed
tantum vox concreta homo, qua proinde utebantur modo pro natura
modo pro persona humana: et ex circumstantiis colligi debebat, quo
sensu et acciperetur, et accipienda est. Nunc vero quoniam invaluit
usus vocis hujus humanitas in abstracto, et vocis hujus homo in
concreto, voce humanitas utendum est ad significandam naturam humanam
a personalitate creatam, sive a propria subsistentia praescindentem,
imo in natura praesente sejunctam. idque exemplo posteriorum Pa
trum, et conciliorum, quibus conformant se Theologi Scholastici,
Duce S. Thoma 3. p. q. 4. a. 3 ubi quum primo loco sibi objecisset
hoc argumentum Videtur quod persona Dei assumpserit hominem,
dicitur enim psalm. 64 beatus quem elegisti, et assumpsisti, quod Glossa
exponit de Christo, et Augustinus dicit in libro de fide ad Petrum
quod Filius Dei hominem assumpsit, et in illo humana pertulit; re
spondet hujusmodi locutiones non esse extendendas tanquam proprias
sed pie esse exponendas, ubicumque a sacris Doctoribus ponuntur ut
dicamus, inquit, hominem assumptum, quia ejus natura est assumpta,
et quia assumptio terminata est ad hoc, ut Filius Dei sit homo. Haec
ibi Angelicus Doctor. Patres ergo, qui ante Nestorii proscriptionem
[illegible] hoc [illegible] exponendi sunt, quoniam constat
de catholica eorumdem sententia, sicuti perspicuum est ex eorum-
dem testimoniis, quorum plura attulimus in catholica conclusionis
confirmatione.

Non dicendum est, Patribus ubi concreto pro abstracto
[illegible] non [illegible], qui sit personam, Deiparam vocat, seu [illegible]
causam, seu hominem naturam a Verbo assumptam. Idem de Athanasio
dicas. S. Damascenus vero non [illegible] loquitur sed de conju[illegible]

cto. Sic corpus hum. dicitur aiae instrumentum, quamvis physice unitum sit aiae, nec suppositi diversitatem inducat. Quodnam attinet ad s. Chrisostomum aliqui DD. arbitrantur s. Doctorem non loqui de duabus in Christo personis, sed de duabus in Patre, et Filio personis. Ibi enim probat juxta hos Patrem, et Filium esse duas personas realiter distinctas, quae tamen sunt idem Deus. Et Sixtus Senensis lib. 6 bibliotecae sanctae adnot. 344 apud Suarez sic legit textum Chrisostomi: duas personas ostendens Deum et Deum quare subjungit: suspicor hunc locum esse in graecis codicibus esse depravatum. Praeterquamquod putarunt aliqui voce personae ibi significari naturam, seu entitatem.

Sed quid quaeso vetat, ne penitius textum sancti Patris consideremus, et ex graecum exemplare quod habere possumus confugiamus, scrutaturi s. Patris sententiam? En igitur verba sancti Patris. Πως Ιυδεους μεν, δυο τον αυτον δειξας κ θεον και ανθρωπον. Accipe vero maxime literalem versionem. Quomodo Judaeos quidem duo eumdem ostendens, et Deum, et hominem. Ubi vero hic vox e διαίρεσις καυτοκα? Nihil ergo hic superest confugere ad superiores theologorum interpretationes, ni fallor. imo vero ne priorem interpretationem admittamus prohibet vox τον αυτον, personam procul dubio indicans non naturam, alias dicendum fuisse videtur το αυτο. Quare s. Pater videtur significare, s. Paulum fecisse hebraeos, propterea quia ostendit eumdem (Christum) velut duo fuisse Deum, et hominem; neminem enim censuisse nisi solum hominem, ut multi judaeorum arbitrabantur, qualem summum prophetam Christum erat, sed et Deum, simulque in eadem naturam hum., et divinam hipostatice conjunctas fuisse incarnatam personam, ut non obscure innuit vox eumdem, quae unicam certe significat personam

Favet igitur non officit Christo siquemadmodum legimus, legendus è coelo Pater

Ad confirmationem respondeo, Patres, et concilia de perfectionibus verba facere, quae ad humanitatem spectant ad se praecise consideratam, haudquaquam vero de perfectionibus, quae huic personae sunt propriae. Patrum, et conciliorum doctrina in re praesenti adeo manifesta, ut mirum sit aliquos novatores quidpiam ex iis serio opponere ad dogmaticam veritatem ~~debilitatem~~ debilitandam.

Instant. Si unica est ex mente Patrum in Christo persona, falsa foret haec propositio, unus de Trin. passus est, quam tamen proscripsit Hormisdas Papa in Monachis Scythiae. Verum facile concedo, imo verissimam contendo esse propositionem eam, quam non obscure probavit s. Synodus generalis can. 4 et 5. Item Joannes 2 in epist. ad Justinianum nec unum damnavit Hormisdas, quin rem ut novam, ac velut divisionis occasionem, silentio premendam voluit in Monachis Scythiae, qui eam definitioni Concilii Calcedonensis addiciendam esse audacter contendebant, plus sapere volentes, quam oportebat sapere. Sed haec semper re item

Objectant recentiores. Si in Christo est unica dumtaxat Verbi persona; nam humana subsisteret per subsistentiam Verbi, ita ut divina Verbi subsistentia suppleret in humana subsistentiam creatam. Sed id hoc nequaquam fit: subsistere id est stare per se, subsistere vero humanitatem subsistentia Verbi, est eamdem stare per aliud. Qui id fiat, ut idem, et per se stet, et per aliud, intelligunt. Repugnat humanitatem existere, et intelligere per existentiam, et intellectionem Verbi; ergo et subsistere per subsistentiam Verbi.

Nihil minus quod cogatur ad tricas confugere, quo

pravam causam habere. Itaque libens dabo prop. maj. et min. prob. distinguam. Subsistere ē stare per sese, idē quod subsistit propria, aut aliena praecipue digniori subsistentia, stat per sese, scilicet non indiget, imo neque pt alteri tanquam supposito communicari, id concedo. Subsistere ē stare per sese, idest quod subsistit nonnisi propria et naē respondente, atque coordinante subsistentia subsistere pt, id vero nego. Ph. ē hūa naē subsistere creata subsistentia creata propria, vel subsistentia creata digniore, et aliena, vel demum subsistentia increata. Repugnat illud unum, nimirum naam propria, vel aliena eam creata et digniora subsistentia jam subsistentem simul subsistere alia aliqua nova subsistentia: non vero repugnat, naam, quae propria subsistentia nequaquam subsistit subsistere per subsistentiam digniorem, sed quod idem ē, physice, et hypostatice uniri, et assumi a digniore supposito Divino quamquam scholasticus vero fastidire.

Venio ad confirmationem. qua inficior consequentiam, pro praemissa maxime late ab ea separantur. Etenim si sermo sit in primis de existentia, haec ex probabiliori supponitur identificata cum sua essentia, ac propterea ab ea separari non pt; praeterea nisi humanitas propria haberet existentiam, quomodo intelligi pt producta, et tamquam res physica a Verbo assumpta? Quod vero attinet ad intellectionem haec ē actus vitalis, qui ex genere suo, et ex indole actuum vitalium non pt adaequate ei ad alio principio, quasi nullo modo sit a subjecto, in quo ē, quodque denominatur intelligens, esse vivens intellectione. Contra pt recte naa hūa concipi, et ē in ea ratione naē completa, quae subsistat per Verbi personalitatem.

Neque demum urgeat quis ajendo, naam hūam, si in finito

est sine propria subsistentia, propterea fore in statu violento, quia semper futura est sine perfectione sibi naturali, ad quam naturalem quandam habet propensionem. Neque hoc quis urgeat, inquam: falsum enim est, naturam ita fore, aut esse naturam humanam in statu violento, quae propria, et creata caret subsistentia. Quandoquidem non potest natura humana in statu esse violento, etiamsi perfectione destituta sit connaturali, si aliunde abundanter, imo superabundanter compensatur perfectione longe nobiliori, quae etiam supra eandem naturam, non est tamen contra eam. Quo pacto in natura humana assumpta a Verbo abundantissime suppletur humana subsistentia, quemadmodum sapienter animadvertit S. Bonaventura in 3 d. 5 a. 2. q. 2. ubi revelat: natura assumpta in Christo eo ipso nobilior est, quod in nobiliori persona stabilitur, quia non in persona creata, sed increata. Unde ordinari ad dignius, quamvis auferat [illegible] suppositi, tamen non aufert dignitatis proprietatem, melius est subesse superiori, quam praeesse alicui inferiori, sicut perfectior est ea, quae participatur Deo, quam quae possidet [illegible]; et melius nubit Virgo nobili, quae contrahit matrimonium, cui subditur, quam quae contrahit cum rustico, cui praeest. Haec egregie S. Bonaventura. Illud vero bene dici posset humanitatem assumptam, etiam cum Christo creata, aut ut scholae loquuntur etiam in sensu composito unionis hipostaticae, spoliare suo appetitu naturali innato suam propriam personalitatem, quaepropter est tamen momenti et quamvis aliqui concedi posse ad libitum appetitum quendam innatum et remotum (quod ego quidem aegre concedo) nullus tamen [illegible] admitti debet, quoniam abundantissime expletur per supremam Dei Verbi subsistentiam.

Item vel frustra insurgunt Nestoriani contendentes, B. Virginem non posse dici Theotocon, seu matrem Christi Dei, inquiunt, non est Christi mater, quae corpori ejus non dedit originem. Hyp

B. V. Maria originem non dedit corpori Christi juxta s. Hilarium. Is est lib. 10. de Trin. num. 16. non corpori Christi, inquit, Maria originem dedit, licet ad incrementa, partumq. corporis, omne quod sexus sui naturale est, contulerit.

At hunc hostium Maria conatum reprimes, si eam dixeris esse matrem, quae saltem secundariam foetui dat originem, licet non primariam. Duplex est origo foetus, primaria a viro, secundaria a muliere. Ut ergo in vulgari generatione primam originem non mulier suppeditat, sed vir: ita in generatione Christi primam originem non Maria, sed spiritus s. dedit, qui in ipsam supervenit, et virtus altissimi, quae ei obumbravit. Porro circa originis nomina initia conceptus, et primariam originem designavit s. Hilarius. Quod autem B. V. tam vere sit mater, quam alia quaelibet femina suorum liberorum, ex eodem s. Patre constat. Ibidem enim addit: licet ad incrementa, partumq. corporis, omne quod sexus sui naturale est, contulerit. Itemque est num. 7. Una officio cura materno, inquit, sexus sui naturam in conceptu et partu hominis exsecuta. Abit igitur, ut tam enormem errorem, quem Hilario adscripserunt Heterodoxi olim, et superioribus sec. Erasmus, et Scultetus, in suspicione laboret. Quid? Abbas Bonae spei praepositum confutavit, ac Monachi Benedictini Erasmum, et Scultetum pro merito castigarunt. Ex eo sane consequens foret, B. Virginem non esse quidem Christi matrem: quod longe iniquissimum est adserere.

Articulus III

Utrum jure merito sustineri possit, Nestorium in Christo duas admisisse personas, adeoque haereticum fuisse?

Libertinus Calvinista aliique ex Heterodoxorum castris temerarii homines Nestorii patrocinium susceperunt, eumq. haeresis absolvere sunt conati, quamvis eum partim ignorantia, partim in

constantia accusant ignorantiæ quidem quia in quibusdam fidei controversiis, sive subtilioribus quæstionibus, qualis est idiomatum caliginem communicationis caligavit. Ideoque abhorruit a nonnullis vocibus ab Ecclesia receptis, cujusmodi sunt Deus natus, passus, crucifixus, mortuus; Virgo Deipara. Inconstantiæ vero quia in explicanda mentis suæ sententia alia aliis temporibus verba adhibuit, quæ ancipites haberent, et perplexos sensus. Quin ipsam pertinaciam vero quidam ejus defensores reprehendunt, quod inconsiderate dicta noluerit corrigere. Contra temerarios nefarii istius hæresiarchæ defensores sit

Conclusio

Nestorius ex propriis scriptis, atque vocibus et veterum testimoniis, Ecclesiæque judicio convincitur duas in Christo admisisse personas, adeoque hæreticus fuisse.

Tres hic partes conclusionis, quæ sigillatim ostendendæ sunt. Igitur primo Nestorius ex propriis scriptis, atque vocibus convincitur duas in Christo admisisse personas. Id vero hoc pacto probatur. Qui hominem in utero Virginis formatum aliam personam esse dixit ab unigenito qui ex Deo ante [illegible] natus, et incarnationem in mera inhabitatione verbi in homine, velut in suo templo ac veste [illegible] negavit, is duas distinctas personas in Christo admisit. Atqui Nestorius hominem in utero Virginis formatum aliam personam esse dixit ab unigenito, qui ex Deo ante [illegible] natus, et incarnationem in mera inhabitatione Dei Verbi in homine velut in templo suo, ac [illegible] negavit. Nestorius ergo duas distinctas personas in Christo admisit. [illegible] propositionem ostendere adversariorum [illegible] [illegible]. Audiamus itaque Nestorium ipsum qui in anathematismis, quos S. Cyrilli capitulis sive anathematismis opponit, ita loquitur. anath. 7, si quis hocce

qui in Virgine creatus ē, hunc eē unigenitū dixerit, qui ex utero
Patris ante luciferum natus ē... anathema sit. Quis non videt
Nestoriū aperte inficiari Christū hoīem dici posse, et eē unigenitū
Dei et Patris Filiū, adeoq. unam eē in Christo personam; atque asserere
Christū hoīem aliud eē persona ab unigenito, qui ex Deo ante luciferū
natus e? Et anath. 10. Si quis illū in principio Deiparū Pontificem, et
Apostolū confessionis nostrae factum eē, neque ipsū obtulisse pro nobis
dicat anathema sit... In verbis ipsis verbis quoq. eundem errorem.

Quod Nestorius asseverit incarnationē eē merā inhabitationē
Dei Verbi in hoīe, velut in templo suo, compertum ē ejusdē quaternione
12 ubi ait: et venem oīu opificē Deū apellamus, et Moisē vocavit Deus:
ait ē constitui te Deū Pharaonis. Et Israel Filiū Dei: nam Filius, in-
quit meus primogenitus Israel e.... ita quoque Christū hoīem et Deū,
et Filiū, et sanctum, et Christū apellamus... anathematismo a primo dein
audet eos damnare, qui dixerint, eum, qui ē Emanuel, Deū eē verū,
et non potius a Deo inhabitatum, sicut vo improprie Moises apellatus
Deus, et Israel Filius Dei dictus; qui in eo Deus per peculiarem cha-
ritatē, et misericordiā quodammodo inhabitabat. Ergo non hyposta-
tica conjunctio Christū Deum Nestorius censuit, sed incarnatione merā
eē inhabitationē Dei Verbi in hoīe velut in templo. Proinde, quod
inhabitatū quidē a Deo Christū prius fatetur, sed Deū verū esse,
non fatetur

Apertissime demū Nestoriū negare, B. V. eē Deiparam
manifestū ex eo fit, quod narrat sermone 3. Verbū ergo Deus in-
quit, non e natus ex Maria, sed in illo, qui ex ea natus ē, mansit.
Non ex Virgine natum dicit, sed illi, qui crescendo per menses
paulatim compositus in utero virginis e inseparabiliter in tempore
sociatus e. [illegible] ē ad dicere, cum illo qui natus ē manet; et dico

illum, qui nato manet, hunc esse, cui ut nasceretur, mensium opus fuisset curriculo; Et rursus eodem sermone: Ego, ait, natum Deum, et mortuum, et sepultum adorare non queo. Praemiserat vero sermone: Habet matrem Deus? Ergo inexcusabilis gentilitas Matres Diis sub introducentes... non, vir optime, Maria peperit Deum, sed peperit hominem divinitatis instrumentum. Missa facio innumera alia testimonia Nestorii, quibus duas admisisse personas evidentissime convincitur.

Jam vero alteram conclusionis partem ostendere oportet, veterum scilicet testimoniis probari, eundem Nestorium duas statuisse personas in Christo. Id ut ostendere exordior ex epist. S. Cyrilli Alexandrini ad Caelestinum Summum Pontificem in qua inter alia scribitur, Dorotheum quemdam episcopum, Nestorio nempe in dogmatis communione conjunctum, ipso in cathedra Constantinopolitanae Ecclesiae sedente, dum esset in media frequentia populi, insurrexisse et magna voce clamasse: Si quis Mariam Deiparam dixerit, anathema sit. Id quoque ostendit [illegible] ejusdem S. Cyrilli scripta adversus Nestorium, et maxime ex ipsius anathematismis, et eorum expositione. Sunt enim anathematismi illi ad Nestorii confutandos errores, eorumque consectaria nempe avertenda editi, ac de Nestorii doctrina tum ex ejus epistolis, tum ex ipsius homiliis, tum denique ex [illegible] [illegible] certior factus fuit: insuper [illegible] [illegible] [illegible]. Nestorius [illegible] [illegible] [illegible] quas suis anathematismis Cyrillus confixit. Primo anathematismo [illegible] S. Cyrillus Emmanuelem verum Deum esse, Matremque [illegible] [illegible] vere Deiparam: anathematismo 2do [illegible] esse [illegible] hypostatice unitum [illegible], Christumque unum, eumdemque Deum, et hoc anathematismo 3. negat non esse conjunctas solum unione morali, quae est per dignitatem, vel auctoritatem quamdam, sed unione naturali [illegible] [illegible] [illegible] alii anat

1. Hoc idem luculenter probatur ex S. Gregorio Magno epist. 97. vel 4. nova editionis ad Leonem Augustum data: Anathematizo ergo Nestorium, inquit, qui B. Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis, nec unum Christum in Verbo Dei, et carne crederet, sed separatim atque sejunctim alterum Filium Dei, alterum hominis praedicaret. Et alia quadam epist. ad Clerum et plebem Constantinopolitanam data: Nec dicimus, inquit quod B. Virgo Maria hominem sine Deitate conceperit, qui creatus pri: mus postea sit susceptus a Verbo, quod Nestorium praedicantem merito, justeque damnavimus.

Docet Vincentius Lirinensis aperte tradit in commonitorio adversus haereticos cap. 17. ubi: Nestorius contrario Apollinari morbo dum se duas in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit repente personas, et inaudito scelere duos vult esse Filios Dei, duos Christos, unum Deum, alterum hominem; unum qui ex Patre, alterum qui sit generatus ex Matre. Atque ideo asserit S. Mariam non Theotocon, sed Christotocon esse dicendam, quia scilicet ex ea non ille Christus, qui Deus, sed ille qui erat homo, natus sit.

Idemque omnino inculcato lib. 4. haeret. fabularum cap. 12. Evagrio lib. 1. historiae Ecclesiasticae cap. 2. Liberato in Breviario causae Nestorianae, et Eutychianae cap. 4. Cassiano Lirinensi? lib. 1. imo aliisque plane multis, addo Cassiani lib. 1. de incarnatione Christi contra Nestorium cap. 1. ubi ait Nestorium illam Pelagianae haereseos discipulam, atque imitatricem idem suis modis nugnasse, atque tentasse, ut Dei Filius Christus solitarius natus ex Virgine solo tantum societatus crederetur, et accepta postmodum virtutis ira idem quia, religioseque vivendo obtinuis se, ut dignus per sanctae vitae sanctimoniam fieret, cui se majestas divina sociaret (et infra) Societatus quippe hominem natum ex ea asserit Christum solitarium et ideo Mariam Christotocon, non Theotocon esse appellandam quia

Christi Mater non Dei. Addit praeterea sacrilega assertioni quaedam pro[illegible] argumenta, tam frivola dicens, nemo antiquiorem se nasci [illegible] in meridiana luce ultra vult caecutire, qui Nestorium defendit.

Restat, ut ad conclusionem praemissam confirmandam, postremo quidem pars ostendatur, scilicet super hac re judicium proferendo. Prima igitur sit Synodus Romana habita sub Caelestino Romano Pontifice anno 430, in qua S. Cyrilli fides approbata est, et errores Nestorii dicuntur anathemati. Ea quoque in Nestorium dicta sententia est, ut nisi intra 10 dies a denuntiatione errorem abjuraret, excommunicationis, et exauctorationis subiret sententiam. Secunda sit Synodus Ephesina [illegible] in qua Nestorius anathemate confixus est, et exauctoratus. Deprehendentes, inquiunt Patres, ipsius, partim ex literis, commentariisque ipsius, partim e sermonibus, quos nuperrime in hac Ephesiorum ecclesia habuit, quae testimoniis comperta sunt, illum impie sentire, ac praedicare: coacti per sacros canones, et epistolam sanctissimi Patris nostri, et comministri Caelestini Romanae Ecclesiae Episcopi, lacrimis subinde perfusi, ad lugubrem [illegible] contra eum sententiam necessario venimus. Igitur Dominus Jesus [illegible] suus Christus, quem ille blasphemiis suis impetivit, per sanctissimam hanc Synodum eumdem Nestorium Episcopali dignitate privatum, et ab universo sacerdotum consortio alienum esse definit. Ephesini [illegible] concilii contra Nestorium judicium alia Synodi antiquae Patres venerati sunt [illegible] ipsumque [illegible] haeresiarcham, velut impiae doctrinae dogmatum [illegible] insectati sunt Christiani Imperatores, quidemque [illegible] Sectatores [illegible]. Totus denique orbis Christianus Christi et [illegible] [illegible] abominatus. Quae quum ita sint, concludamus necesse est, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ea, scilicet Nestorium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], formatum aliud [illegible] ab unigenito, [illegible] [illegible] nature, [illegible] eum [illegible] inhabitationem [illegible]

in hac velut in templo suo, ac B. Virginem Mariam esse Deiparam negasse. Summae igitur imprudentiae est, et nace feriati ingenii Nestorium haereseos absolvere.

Atque ad rem magis, magisque demonstrandam, ipsam Nestorii agendi rationem consideremus. Conceptae est impietati ad obitum usque pertinaciter adhaesit, nec unquam Ecclesiae dogma per se clarum, et facile, et post tot, ac tantas controversias maxima in luce positum suscipere voluit; etiamsi quaedam erant nubes, quae veritatem aliquatenus obtegere poterant; et hinc sublatam Cyrillus duas in Christo naturas cum Orientalibus in pace ineunda clarissime professus est. Illine vero Ioannes Antiochenus, et alii ejus veteres amici, inimicum, quod paci rudenus obtineat, conceperunt. Neque vero unquam Nestorius de pravo suo per calumniam afficto sensu, sed de ipsa semper sententia Ecclesiae conquestus. Et sane sive suo loquendi modo, et de ipso dogmate cum veris christiani pugnaret, an maxime ab amicis, utcumque, et verisimiliter unquam scripta non avertentur, damnatus a summo Pontifice, et universa Ecclesia, cujus nec exturbatus, [illegible] pulsus, ad [illegible] cum hominibus docuit, typica errores suo generi; an non, inquam, [illegible] quando [illegible] de veritatis comperta [illegible], an Ecclesiae hujus modi vocabulis vix atque [illegible], [illegible] et quoque invenire [illegible]. [illegible] qui [illegible] exagitare soliti sunt, [illegible] Ecclesiae judicium ad [illegible] revocare [illegible], et Nestorium [illegible], tot hominibus doctum, [illegible] et [illegible], et sane doctrina [illegible]

Artic. LV

De salvis objectionibus.

Object. 1. Quae arcenda [illegible] non est

non est duos Filios, aut Christos; nam ambas in unam [illegible] hypostasim

convenisse, et B. V. vere dici posse Deiparam; 13 num ostendus è oppositum erroris, qui ipsi tribuuntur. Atqui Nestorius singula hæc capita asserit. Dum ergo è oppositum erroris, qui ipsi tribuuntur, Nestorius asseruit quoad partes singulas. Quoad 1 quidem ex serm. illius 12. ubi ait: in stupore dentium manet paulus Samosatenus, qui notis Dominica humanitatis modum a Deitate derivat.

Quoad 2dam partem ex serm. 11 = divisio non è neque conjunctionis, neque potentia, neque relatione, neque majus, quodam honestus. In nos divisio non è in Deitate vero, et humanitate divisio è Christus adeo quod è Christus indivisus o, et Filius adeo quod Filius indivisus è. Non ergo habemus duos Christos, vel duos Filios.

Quoad 3. partem ex epist. 2. Nestorii ad Cœlestinum papam qua inse... hitur in eos, qui pessimam opinionem ... et Arii sensum ... contemperationi magnam ... et humanitate Unigeniti conjungunt et communi passiones audent superponere Deitati unigeniti, et immutabilitatem Deitati, ad naturam corporis transitus confingunt, et utramque naturam, quæ propter conjunctionem summam, et inconfusam, in una persona unigeniti adoratur contemperatione mutabilitate confundunt.

Quoad postremam denique partem ex ejus serm. 7. Dico, in... inquit, si quis inter vos simpliciter, sive inter quoscunque alios ... Theotocos gaudet, apud me nulla è de voce invidia, tantummodo ... non faciat Deam. Et serm. 12. ... Dei nater e ... Verbi, et ... ergo qua ... propter unitatem dicatur Dei genitrix, id è Theotocos, idem constat ex serm. 13 et ex epist. 3. ad Cœlestinum.

Ubi id venio, qui hæc asserat sine fuco, et in ... punem esse oppositorum errorum; non vero eum, qui hæc asserat verbis tenus, et quidem ambiguis, heresim sensum ... genitus Nestorium ... et Christum non esse ... solum, et non esse duos Filios Dei,

et unicam esse in Christo personam et B. Virginem Dei parentem Deiparam adseruit verbotenus, et quidem obscurius, quo vix Catholicis insidiaretur, et fucum faceret, non ad ea dogmata propugnavit, et propones illas admixto catholico sensu.

Et quidem quoad primum spectat, Christum fuisse solum hominem eo dumtaxat sensu negavit, quasi extitisset aliquando sine Verbo; quod olim in eo, tamquam in templo inhabitare coeperat, sed in eo tamen veluti Samosateno   quod duas naturas copulatas dicebat sola nexu morali, quo fiebat, ut Deus esset quidem hominis et homo Dei; non tamen Deus homo, et homo Deus: ex quo etiam sequebatur Verbum non esse factum carnem, sed carnis tantum inhabitatorem. Id autem asserere, quid erat, nisi Christum asseverare hominem solum? quemadmodum Moises in quo Deus inhabitabat, ita ut Pharaonis Deus etiam diceretur, solus homo verus erat. Hinc S. Cyrillus in expositione anathematismi [?] de Nestorio, et ejus sectatoribus ait:- simulant se incarnationi vocem admittere, Verbum incarnatum esse revera Dei Verbum non putant, hoc est idem esse factum nostri simile, ita ut quod erat maneret. Verum asserunt sic, tamquam in uno quopiam homine ex sanctorum numero de Maria Virgine natum habitare unigenitum Verbum-.

Quoad secundam partem, Nestorius non minori fraude Christum esse unum filium, ac Dominum praedicabat. Duos namque filios, licet non verbis, rebus tamen volebat inducere, ut erat secundus Samosatenus [?]. et Christum esse unum asseverabat non hypostasi sed mera conjunctione qua unigenito Dei conjungebatur, ut templum inhabitatori conjungitur. Sic etiam dicebat unam personam unitate morali non naturali, quod nimirum incarnatione Verbi, facta est una, et eadem Dei, et hominis dignitas, auctoritas, et potestas. Nomen enim personae sumpsit, ut e vix

jium, qua ratione conjuges una sunt persona, quod si sumere debuisset, si bona fide egisset, prout è rea quidde, atque ipsa hipostasis; qua ratione conjugum duæ sunt reipsa personæ, duæque hipostases, atq ita errorē, quem occultabat aliquando veriū, aperte retegi. Hinc S. Cyrillus apud S. ad Clerum Constantinopolitanum, scopum nunc habere scribit Nestorianos — duos prædicare Christos, ac duos filios, — et homine seorsim, et Deū seorsim constituere, eoque statuto eo dem personarū unitionem asserunt, ideoque versute agunt, et excusationes in peccatis fingunt =. Hinc in 6.ª V. Œcumenica anathemate ejusdē unionē nanem demonstrat eā ex Nestorii sententia — secundū gratiam, vel secundū operationē, vel sēdū dignitatē, vel secundū æqualitatē honoris, vel secundū dignitatē, aut relatione, aut affectū, aut virtutē, vel sēdū bonam voluntatem — sicutque Nestoriani Deū Verbū et Christū vocantes, et hoīem, separatim Christū, et filiū nominantes, et duas personas aperte dicentes, per solā nominationē, et honorē, et dignitatē, et adorationem unā personā, et unū filiū, et unum Christū confingere. Sic hinc patet responsio ad 3. quoq. minoris partem.

Quoad postremā partem Nestorius permisit quidē nonnunquam ut B. Virgo diceretur Deipara, sed sensū pio, et perplexione sensu, quod nāt hominē genuisset Deo unitum, et templum Verbi Dei, non Deum ipsū. Quod ipsemet manifestè exponit Apostoliam vulgaritas quit. S. ad Caelestinū Episcopū Maximus his verbis: si quis à nobis nomen Theotocon propter natam humanitatē conjunctam Deo Verbo, non propter parientē personā, dicitur quidē hoc vocabulum in eam, quæ peperit, non eē conveniens oportet ē verā Matrē de eadē eē essentia, quæ ē ex se natū. Deū tū posse propter ipsiū considerationē, et quod solū nominatur de Virgine hoc Verbi propter inseparabile templū Dei Verbi ex ipsa; non quia ipsa sit Mater Dei Verbi: nemo ē antiquiorē se parit =

Objiciunt 2do testimonium Joannis Antiocheni, cui notissima fuit Nestorii fides, quippe ipsi amicitia conjunctissimus erat. Is enim in epist. ad ipsum Nestorium quae extat in Concilii Ephesini actis, hortatur ipsum solum voces respuere, quibus Patres usi sunt, eandem ad sententiam tenere = Is enim inquit, mens tua eadem sapit, et sentit, quae sancti Patres, Ecclesiaeque Doctores (quod hoc tempore, et ex multis, et ex communibus amicis didicimus acceptum) quoniam verum pium sensum convenienti voce praedicare = Confirmatur ex Theodoreto in epist. ad Alexandrum Hierapolitanum significante, se Joanni Antiocheno vehementer succensere, quod inita pace cum Cyrillo, Nestorii abdicationi una cum Orientalibus suis consensisset, ejusque sanam doctrinam indiscrete damnaret. Ipsum sentias inquit, indiscrete, atque inique damnantem, qui nihil praeter doctrinam sanam novit aliquid, et docuit = Idem testatur Achazius Beroeensis epist. ad Cyrillum ap. 23. Nestorius ergo quamquam voces quasdam adhibere quandoque recusaret, re tamen et sententia catholicus erat.

Respondeo in primis, Joannem Antiochenum expostulatione hujusmodi noluisse Nestorii animum jam exacerbatum agere in poenas, sed oeconomica potius velut adulatione deliniri, ut eum ad fidem, et officium revocaret.

Respondeo 2do tum temporis admissum palam, omnibusque cognitos Nestorii errores, non unam, constantemque fuisse eorum de ipsius fide opinionem. Verbis enim ambiguis perversa sententia vires tegebat, quae alii in pravum sensum, quem in eis sanandum haeresiarcha mentem celabat, interpretabantur: alii in benigniorem partem trahebant, prosperiore singularis amicitiae conjuncti eventu: quod de Joanne Antiocheno, Acacio Beroeensi, et Theodoreto dicendum est, qui Nestorii sive minus errori, personae tamen impense studuerunt, ac faverunt. Et maxime omnium Theodoretus, qui nequidem cum pax iniretur inter Orientales et S. Cyrillum a quo ad consensum, ut Joannes Antiochenus damnationi, et abdicationi Ne-

storii assensum praeberet. Sed in Theodoreto error facti manens fuit, quia studio partium veluti excaecatus sibi persuadere non potuit, Nestorium esse dogmatum adeo impiorum auctorem, quamvis eos ipsos fuerit execratus errores, quorum damnatus fuit Nestorius. Siquidem in epist. ad Andream Samosatenum ait: oportet ergo si eos compellimus eos anathematizare qui purum dicunt hominem Christum, aut qui in duos filios unum Dominum N. J. Christum dividunt, et qui ejus denegant divinitatem. Sed tandem edoctior factus in causa Nestorii, et de ejus haeresi, et impietate certior, factus palam dixit anathema Nestorio, et lib. 4. haereticarum fabularum ipsum nefariae haereseos auctorem esse probat. Ex quibus patet quod vegeras ad confirmationem.

Objiciunt 3o Socrates coetaneus scriptor lib. [illegible] historiae cap. 32 tradidit, se lectis omnibus Nestorianae causae monimentis se deprehendisse, Nestorium a Paullo Samosateno sententia multum distare, eumque errore ipsum non esse, sed imperitia duntaxat, et quamdam vocum odio, quas ut larvam reformidabat.

Verum accipe quid respondeas. Etsi Nestorius a Paullo Samosateno in aliquibus dissenserit, nimirum in hoc, quod hunc cum Verbo, et Patri consubstantiali unitum asservaret, quae illi negabant, quodque Verbi Deum ante Mariam fuisse subsistentem asservaret, quod illi fuerant inficiati, nihilominus in eo cum ipso conveniebat, quod et negaret. Caeterum alii Theologi reponunt, sublabenter fidem habitum Socrati, quod historiam vitae agat, non vero quod Theologi vices occupabat ille enim erat ex foro scholasticus et nondum verum rudis; variis, et subtilibus Nestorii tricas percipere non potuit: et quia cernebat ipsum in sermonibus frequenter declamare adversus Paulli Samosateni, et Photini impietatem, ad

At praeciş Socratis judicium praeponderare non debet veterum Patrum, et totius Ecclesiae auctoritati.

Caput nonum.

De duabus in Christo naturis.

Postquam egimus de una Christi persona, agendum de naturis in Christo nunc. Sicut enim fides docet in Christo unicam esse personam, sic illud quoque docet divinitatem Verbi ita conjunctam humanitati esse, ut nulla sine altera sit naturae confusio, sed ambae integrae et distinctae permanserint. Tractationem in plures partior articulos de more.

Articulus

Conclusio catholica

Duae sunt in Christo etiam post unionem naturae distinctae, et in[confusae]

Est dogma catholicae fidei in 4. Conc. quorum alterum maxime deprehendit. Patres etenim [illegible] concilii Oecumenici, qui [illegible] veritatem fidei [illegible], et Dioscori de confusione naturarum in Christo una voce clamarunt, anathema ei, qui dicit ista: anathema eis, qui ista dicunt. At ait [illegible] indefinita [illegible] haec haeresis: [illegible] eis quoque, qui in duabus Christi naturis mixtionem, et confusionem comminiscuntur, [illegible] eos denique, qui duas quidem ante unionem

post unionem [illegible], anathemata [illegible]. Itaque Patres [illegible] insistentes unum, atque eundem profitemur esse Filium Dominum [illegible] Christum et una voce omnes praedicamus perfectum eumdem in humanitate Deum verum, et hominem verum, eumdem ex anima, et corpore, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem per omnia nobis aequalem absque peccato ante saecula quidem ex Patre secundum divinitatem, in novissimis autem diebus eumdem propter nos, et propter nostram

salutem ex Maria Virgine, et Dei genitrice secundum humanitatem passum eundem J. Christum, Filium, et Dominum unigenitum in duabus naturis, inmutabiliter, inconfuse, indivise, insepar

haud quaquam naturarum differentiam unione tollente, sed proprietate potius utriusq. naturae conservante, quae in personam unam et subsistentiam unam concurrit = Haec nos profanis conciliis, ut illud refert, Evagrius Basil ex Niceph...

Consonant alia concilia Oecumenica Constantinopolitanum 2dum can. 8. Constant. 3 in fidei definitione, ubi repetit verba Concilii Calcedonensis, et Nicenum 2dum in definitione fidei.

Conciliis praeiverant Sacra Scriptura, et Patres. Scriptura quidem multis in locis, ex quibus unum eligo jam antea contra Nestorium adductum ex ep. 2. quit ad Phil. v. 6 - Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, et habitu inventus, ut homo. Duplex hic in Christo forma, id est natura, nempe Dei, et hominis non confusae, sed distinctae. Ex Patribus ad alios S. Ambrosius lib. 2. de fide cap. 4. = Servemus inquit distinctionem divinitatis, et carnis. Unus in utraque loquitur Dei Filius, quia in eodem utraque natura est. S. Augustinus tract 78. in Joan ita redarguit hunc hereticum. Quid igitur, haeretice? quia Christus sit Deus, et homo, loquitur ut homo, et calumniaris Deo? ... hinc Patribus consentiunt graeci apud Bellarminum de incarn lib. 3. cap. 3 Audiamus Cyrillum Alexandrinum de incarn. cap 12. ajentem: Unus igitur est et ante incarn Filius verus et ... in humanitate remansit id, quod erat et est et erit. Non dividendus igitur unus J.C. in hominem seorsum, et seorsum in Deum, sed unum ...

eundemq. s.[illegible] eã dicamus nonignorantes differentiã naturum, sed eas inconfusas interea servantes =. Haec Cyrillus.

Suffragatur et multiplex raõ. Primo si ex duabus naĩs unica in Christo facta eẽt, nec hũã illa eẽt, nec diũa, adeoq; Christus nec Deus proprie eẽt, nec hõ; nec Patri, nec Matri consubstantialis. Sic ratiocinatur Leontius apud Euthimiũ in Panoplia parte 2. tit. 15

Secundo naĩ uni contrariæ proprietates non conveniunt, cujusmodi sunt in Christo passibilẽ e. g. eẽ, et impassibilẽ, mortalẽ, et immortalẽ. Hæc quidẽ de uno et eodẽ Christi supposito in concreto, ut assunt recte prædicantur, idque solũ ob diversas, quibus constat naĩs. Atsi unica supponatur, in eã cadere deberent tam contrariæ, et oppositæ proprietates. et ita divinitas passa eẽ dicenda erit, sicut reipsa dicere compulsi sunt Eutichiani, Theopaschitæ inde dicti, quo certe nihil absurdius cogitari, ac dici pt. Siri dicere Euthichianus quis malit, divinitatẽ in humanitatẽ conversã eẽ quod aequè absurdũ ẽ: quemadmodũ absurdissimũ illud quoque e, ex duabus scĩt naĩs conflatam eẽ quandã tertiam.

Tertio demum. Funditus hic ruit dispensationes, ac reparationes hũã mysteriũ, naĩ duæ sint in Christo distinctæ naturæ, quando una, hũã scĩt, satisfactioni maẽm; altera vẽ nempe divinitas pretiũ ac valorẽ infinitũ communicaret sicut pluribus ante probatum fuit.

Articulus
Refelluntur objectamenta.

Objiciunt primo, scripturas. In celebrata sententia, quæ habetur joannis primo non dicitur Verbũ carnẽ sumpsit,

sed Verbum caro factum est sicut idem Evangelista cap. 2. v. 9 ait aquam vinum factam esse in nuptiis. Ergo facta est natum confusio, et conversio, quemadmodum aqua vinum facta est

Rx. primo, ne Eutichiani quidem satis aperte docuisse Verbum incarnatum transmutatum fuisse; imo potius humanitatem a divinitate absortam asseruisse. Ergo frustra citata s. Joannis verba opponuntur.

Rx. 2do hoc dicitur factum est, multis modis contingere posse. Et ut aliquot praeteream valde impropria, jam per conversionem contingere potest, quo pacto absque dubio aqua in cana Galileae conversa est in vinum: jam per assumptionem, et physicam unionem naturarum duarum in persona una. Atque hoc modo in praesenti dicendum est ab praelaudato Concilio Calcedonensi nedum supradictis ratione etiam ipsa lumine fidei illustrata, ita suadente, imo persuadente. Mens videlicet repugnat cogitare Verbum Deum vera conversione factum esse carnem; vel contra humanam carnem vera conversione factam esse Verbum Deum. Quis sapiens et haec intelliget, ac loquetur?

Cum ita loquitur s. Joannes, ait s. Epiphanius haeresi 72 Verbum caro factum est non illud indicat Verbum in carnem fuisse conversum, aut in eam omnino transiisse, sive divinitatem in carnem esse mutatam, verum cum divinitate Verbum propriam rationis assumpsisse naturam.

Opponunt 2do Patres, Cyrillus, qui in expositione hujus mirifici Doctor Gregorius in duabus orationibus Iren. ... epist. ...

apud Petavium de incarnatione lib. 6. cap. 5. ita in epist. ad Sukensum Maturum tradidit celebrem illam sententiam ex duabus

Varia hac alii veteres Patres graeci apud eundem Petavium. Memorabilis quidem est sententia Gregorii Nysseni ajentis, humanam naturam ita esse immixtam divinae veluti aquae stilla in mare profusa huic admiscetur; ita ut marinae propterea quod realis qualitas tanquam humorem in elemento praevalentis ... nomine maneat. Quare, Patrum praesertim Cyrilli patrocinio gloriabantur Eutychiani, qui in Constantinop. Synodo postulabant haeresis, palam professus est se a Cyrillo, et aliis patribus, atque in primis Athanasio doctrinam suam hausisse

Verum neque Patrum quaedam testimoniis ita, ut par est, intellectis colligi quidquam ab adversariis potest adversus Catholicam conclusionem. Nihil est movere debent nonnullae voces parum exactam speciem opposita. Ad memoriam namque revocare juvat, quod et alibi dictum a nobis, antiquum esse cum Patribus, quum ab aliquo errore vehementius aberrarent eundemque fortius rejicerent, in oppositum extremum quodammodo vergere, et apparenter excurrere. Sed intelligere volenti facile est captu quid illi senserint, ac voluerint, medium nempe, ac rectum: sicut qui curvam inflectit virgam ut medium teneat et recta evadat, sequuntur est in Catholica Ecclesia adversus aberrantes, ut eosdem ad rectum tramitem adducant, probe scientes alterum quoque extremum esse vitiosum, neque illud ex animo volentes, quamvis id dicere videantur, oratione quodammodo excedentes ut acrius impugnent errorem extremum, de quo sermo illis est. Qua ratione Augustinus adversus Julianum vindicat quandam de peccato originali Chrysostomi sententiam in Catholica Ecclesia libere prolatam et de re cum Pelagianis nondum controversa. Neque se aliter, inquit, intelligi arbitrabatur; tali quaestione nullus pulsabatur, securius loquebatur. Ad veniamus ad testimonia Patrum.

Voltaire [illegible]

Celebris illa Cyrilli sententia, quae ansam dedisse Euthichiani errori impiissimo, ut inquit Petavius, ex mente S. Doctoris non significat duarum naturarum mixtionem, et confusionem, aut conversionem, ex qua una tantum resultet natura unitate essentiae, et substantiae, qualis est ex gr. corporum liquidorum commixtio, ex qua tertia quaedam oritur dicitur substantia, et corpus, sed an[illegible] significat duntaxat intimam, et substantialem duarum naturarum, in unam personam, unumque Christum, qui simul est Deus, et homo. Impugnat videlicet Nestorium, qui duas asserebat naturas physice separatas, et sejunctim subsistentes, ac solo affectu, et amoris vinculo colligatas. Patet id ex ipso Cyrillo in suo ad Eulogium commonitorio, ubi ait: = licet duas naturas esse dicat (Nestorius) carnis, et Verbi Dei differentiam significans, et quod alia Verbi, alia carnis natura, attamen unionem nobiscum non confitetur: nos enim illas adunantes unum Christum, unum eundemque Filium, eumdem Dominum confitemur, et unam propterea Dei naturam incarnatam dicimus =. Unam propterea Dei naturam, inquit, incarnatam dicimus. Quam loquendi morem, ac sensum probat 5. Synodus Ecumenica can. 9. his verbis. Si quis .. unam naturam Dei Verbi incarnatam dicens, non sic eam excepit, sicut Patres docuerunt, quod ex divina natura, et humana unitione secundum subsistentiam facta, unus Christus effectus sit, sed ex talibus vocibus unam naturam, sive substantiam Deitatis, et carnis Christi introducere conatur, talis anathema sit. (Quod damnunt)

Atque exhinc patet etiam quomodo intelligi debeat testimonium Athanasii [illegible]. Gelasii Papae [illegible] in adversario in hujusmodi testimonia, quod apud Petavium extat Fulgentius in responsione ad quaest. [illegible] Ferrandi: Quod dicitur, inquit, unam divinitatis naturam fuisse incarnatam, [illegible] [illegible]

quitatis, altera erit, quae incarnatae; altera, quae incarnata perhibetur. Quoniam neque Deitatis erit natura Deitatis, quae incarnata est, quae est natura carnis, quae incarnata affirmatur, neque reipsa natura Deitatis [illegible] est, sed natura carnis incarnata cognoscitur. Hac Gelasius sibi [illegible].

Restat Gregorii Nysseni sententia, et auctoritas lib. 4 contra Eunomium, et epist. ad Theophilum contra Apollinarem specie quidem valde implexa, sed quae revera non urget. Nam mixtionis, permixtionis, et mixturae nomina Eutychianis nondum pullulantibus usurparunt aliquando Patres ad significandam intimam, ac substantialem duarum in Christo naturarum unionem hypostaticam in unius personae unitate: nunquam vero ad significandam realem, et physicam naturae utriusque divinae, et humanae confusionem per conversionem in quamdam tertiam naturam, neque ad significandum naturam alteram absorptam esse ab altera puta humanam a divina. Hac responsio et expositio est nostri Cyrilli Alexandrini, Doctoris a Deo electi ad mysterium hoc explicandum lib. 1. contra Nestorium cap. 3. = Mixtionis nomen, inquit, posuerunt nonnulli etiam s.s. Patres, sed quod metuere te dicis, ne quae confusio contigisse existimetur, adinstar liquidorum, quae inter se mutuo commiscentur. Ceterum te hoc male. Num illi senserunt? Minime; sed ea voce sunt usi, ut summam unionem ostendere studerent = Quid illustrius? concidit ergo Eutyches [illegible] et dictum a distinguenda mixtio una, qua duo inter se permiscentur, et utrumque, vel alterutrum suam deperdat integritatem, atque hujusmodi saepe est mixtio liquidorum; altera vero, quo duo inter se, et substantialiter

hujusmodi est e.g. mixtio corporis [illegible], et animae. Atqui ad hoc mixtionis genus, salvas,

quae intercedit inter compositionem naturalem, seu naturam, et compositionem supernaturalem, ac Verbi personam, differentia, pertinet illa mixtio [illegible] quamvis in exemplo liquidorum plus dicerent quam auditores deberent intelligere, ut patet ex praefata Cyrilli expositione. Instant. Justinus Martyr Apolog. 2 ad Ant. incarnationem cum Eucharistia comparat, inquiens Verbum factum esse carnem eo modo, quo panis fit corpus Christi in in Eucharistia. Atqui in Eucharistia est conversio, imo transsubstantiatio.

Nego. Respondeo Justinum Martyrem illud duntaxat docere sicut Christus per incarnationem non apparenter, aut figurate, sed vere, ac realiter factus est caro; ita panem in Eucharistia vere, et realiter fieri corpus Christi, nequaquam vero in incarnatione fieri divinae naturae in naturam humanam conversionem, aut transsubstantiationem quod nec Lutherani, quibus nos ipsi animus, dicere possunt.

Objiciunt 3tio. Nihil frequentius occurrit apud veteres, quam animae, et corporis in unum hominem coalescentium exemplum ad illustrandam divini Verbi incarnationem; Atqui ex corpore, et anima una conflatur natura totalis, et composita; ergo pariter ex [illegible] et natura humana.

Distinguo majorem propositionem. Nihil frequentius ad illustrandam incarnationem, quatenus inde unus est Christus, et una persona, proquam duae naturae convenerunt concedo; quasi ex duabus una natura efformetur, id vero nego. Haec ergo comparatio eo tendit, ut ex Deo, et homine unus Christus esse cogitetur, quemadmodum ex corpore, et anima unus homo conflatur. ita Symb. vulgo dictum Athanasianum sicut anima rationalis, et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus. Non vero eo exemplum pertinet, ut natura una ex duabus conflata in Christo

existimatur. Nam duna non exurgit, nisi ex partibus incompletis; et nam sua ad esse invicem tendentibus. At talia [illegible] non sunt nam duna; at [illegible]

De divina, et humana Christi natura

Caput

Christum cum merum hominem [illegible], ejusque divinitatem impugnarent plures variis temporibus haeretici. Ac primo quidem saeculo Cerinthiani, et Ebionitae: secundo Carpocrates, Valentinus, et Theodotus Coriarius. Tertio Paulus Samosatenus: quarto Ariani, Photiniani qui omnes impietate superant. Christum autem Deum verum, de Deo vero esse possem hic supponere aliquo modo ex Tract. de ineffabili Trinitatis mysterio; tamen praecipuum mihi videbatur praetermittere silentio veritatem catholicam quae in Incarnationis quoque mysterio locum et habet et habere debet; atque idcirco denuo statui primum de Divinitate Christi nostri breviter agere, eamque adversus fidei hostes propugnare.

Articulus primus

Conclusio prima.

Christus per se aliquid sui partem, et nam potiorem extitit antequam ex Maria Virgine oriretur.

Probari id variis Scripturae testimoniis potest, quae perspicuitatis gratia in duas classes dividemus. Itaque ea afferemus primo, quae evincunt quidem Christum ante Mariam Virginem extitisse, sed nullum temporis [illegible] fixum habent. Secundo alia afferemus, quae certum temporis notum praecedunt quo longe ante Mariam extitisse monstratur.

Primi generis testimonia petuntur ex Christi descensu in terram incarnationis causa. Ita Joan. 3. v. 13. legitur: Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis, qui est in caelo. et eodem [illegible]

v. 38. descendi de Cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. Item cap. 17. v. 18. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Addo Paullum 1. Cor. 15 v. 47. Primus homo de terra terrenus: secundus homo de Cœlo cœlestis. Et Ephes. 4. v. 8. Ascendens in altum captivam duxit captivitatem .... Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit in inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est, et qui ascendit super omnes Cœlos. Denique 2. Joan. v. 7. inquiens ait: Multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carnem? Hic enim, immo conceptis verbis dicitur, Christum in Cœlo prius fuisse, et e Cœlo, ubi erat prius descendisse; Quare sic arguimus. Christus in terra fuit, simul atque in utero B. Virginis conceptus est: Atqui prius in Cœlo fuerat, et e Cœlo in terram descendit. Ergo Christus existebat per aliquam sui partem antequam e Maria Virgine carnem acciperet.

Idem dic de ejus missione in mundum: prius est esse, quam mitti, aut venire. Missus est in mundum, et venit in carnem. Ergo existebat antequam in mundo, et in carne esset. Existebat autem in Cœlo. Nam Joannis 16. v. 28 Exivi a Patre, ait Christus, et veni in mundum: iterum relinquo mundum et vado ad Patrem. Ergo prius existebat apud Patrem in Cœlo, sive paterna domo, quæ Cœlum est, exivit, et eo rediit, per ascensionem, unde venerat.

His tamen argumentis, quæ videntur ex acceptione majora, Sociniani tria reponunt. Primo dicunt, Christum quidem prius in Cœlo fuisse, quam ad Cœlum ascenderet, sed in Cœlo fuisse mente, et cogitatione. Ita Socinus ad cap. 3. Joannis. Esse in Cœlo, inquit, et res cœlestes penitus tenere sive eas tamquam præsentes intueri, quæ omnia, filio hominis, citra ullam rem, seu corpus suum optime convenire possunt, et certo conveniunt. Vult itaque Christum dici,

fuisse in Cælo, antequã post resurrectionẽ eo ascenderet, quia ante illud tempus in Cælo non solũ mente, et cogitatione versabatur, verum et, oĩa Cælestia, ideõ arcana quoque divinissima, et ipsa oĩa, quæ in Cælo erant, et fiunt, adeo cognita, et perspecta habebat ut ea tamquã præsentia intueretur, et ita quamvis in terris degens, in ipso tñ Cælo commorari potuit. Sic quippe loquitur in responsione ad parænesim Andreæ Vollani

Secundo Christũ e Cælo venisse prædicatur, quod homo nempe plane cælestis, ac divus fuerit singulari originis ratione, sanctitate, ac munere. Ita auctores Catechaseos Polonicæ sect 4. cap. 1. et ante eos idẽ Socinus loco proxime cit.

Tertio denique fingunt, Christum antequã munus suũ obiret, et evangeliũ prædicare inciperet in Cælos raptum fuisse, avectum, ut ibidem rerũ cælestiũ cognitione imbueretur (quod Apostolo Paulo quoque postea contigit) et postquã ibi aliquãdiu commoratus est e Cælo descendisse, ut hanc rerũ divinã notitiã cum hominibus communicaret: atque adeo nihil aliud, quominus proprie dicatur, Christus jã in Cælo fuisse ante mortẽ suã et e Cælo descendisse. Ita Socinus, et Auctores Catechaseos, Volchelius, et alii passim.

Sed hæc tria commenta, quæ multa inter se pugna jam corruunt, facile refelluntur. Ac primũ quidẽ (quod nempe quod Christus toties inculcat, se in Cælo prius fuisse, quã in terras descenderet, aut post resurrectionẽ eo rediret his proverbium &c. ... Si ergo videntis filiũ hoĩs ascendentẽ, ubi erat prius, Joan 6 v. 63 id sit de metaphorica, non de reali in Cælo existentia intelligendũ) hoc inquã primũ facile confutatur, atque multo facilius. Primo ẽ negari non pt, hanc eẽ nativã, et propriã

et propriam hujus verbi erat graeci [illegible] significationem, et nimirum non metaphoricam, sed realem, ac permanentem existentiam ... sonat neque ullus ab affectu privato, aut praeconceptis opinionibus libero, qui Scripturas illic [illegible] [illegible] interpretatur, est [illegible]. Quod quod ita sit, manifestum [illegible] Sociniani, quod eam metaphoricum sensum detorquent. Hoc est si semel liceat, quid erit de in- ceps in Scriptura adeo apertum, quod non simili modo eludi possit Secundo non tantum haec est Verbi istius erat nativa significatio, sed etiam in eo genere sola. Nullus est e Scriptura afferri potest locus, ait Dnus Vitasse, cujus haec sunt verba, in quo persona quaedam alicubi esse, aut fuisse dicatur, ubi de reali existentia sermo non sit. Tertio obser- vandum est, Christum praeterito tempore usum esse, et dixisse ubi erat prius, non vero praesens tempus usurpasse, nec dixisse ubi est prius. Hoc est metaphoricam illam, quam Sociniani somniant in Caelo existentiam excludit. Si est Christus ideo solum dixit, se in Caelo fuisse ...

…ind
…t
…llas,
…, ex
…apit
…ain-
…nit
…, ad
…Duy
…nat
…cea-
…niy,
…ad
…ne

Paullus enim ad Hebr. cap. 9. ut doceat a Christo veteris legis mosaicæ figuras impletas esse, cum ipso comparans summum Pontificem Judæorum, et eorum ipsius more antiqua sacrificia, et sancta sanctorum cum Cœlo sic loquitur: in priori quidem tabernaculo semper introibant Sacerdotes; ... in secundo autem (sic appellat sancta sanctorum) semel in anno solus Pontifex non sine sanguine etc. v. 6. et 7. Christus autem (addit v. 11.) assistens Pontifex futurorum bonorum per proprium sanguinem introivit semel in sancta æterna redemptione inventa. Et v. 24. non in manufacta sancta Jesus introivit exemplaria verorum, sed in ipsum Cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Ergo quemadmodum summus Pontifex judæorum semel duntaxat quot annis introibat in sancta sanctorum, nec sine sanguine victimarum id facere, neque ei licebat alio quovis nomine in ea ingredi: ita Christus semel tantum ascendit in Cœlum, idque cum per proprium sanguinem Deum hominibus iratum jam placasset, nec unquam alias in Cœlum ascendit. –

Objiciunt primo ad firmandum quam conati sunt metaphoricam Christi in Cœlis existentiam illud Matth. 6. v. 20. thesaurizate vobis thesauros in Cœlo .... ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum. Nec non et illud Phil. 3. v. 20. Nostra autem conversatio in cœlis est. Hæc enim metaphorica intelliguntur. Ergo pariter cum Christus dixit ascendentem, ubi erat prius, significavit, se in Cœlo improprie fuisse.

Verum inficiabor utrumque, et paritatem. Aliud enim cordis, alia personæ ratio est. Cor enim cordis amor est, atque adeo cor ibi esse dicitur, quo amor abit: et hæc metaphorica locutio usitata est. At de personis, quæ per se in loco sunt alia omnino ratio est. Hæ enim dicuntur esse, aut fuisse alicubi, nisi ibi vere, ac proprie sint, aut extiterint. Di-

scimus id amorem, quod nullus error oriri posit, quod dicitur ibi cor esse, ubi amor ipsius est. notandum aliunde cor in amante revera esse. At inter innumeros hominum errores, innumerae ambages, ac fraudes [illegible], si de persona diceretur [illegible], ibi cor est, ubi [illegible], [illegible] non habitaret [illegible] [illegible], ubi non amant [illegible] non loquimur, nisi ut intelligamus [illegible] [illegible] hominis [illegible].

Obijciunt 2do ad roborandam suam [illegible] caput [illegible] de descensu metaphorico [illegible]. Plures sunt in Scriptura similes locutiones. Jacobus enim Apostolus epistola sua cap. primo; omne, inquit datum optimum, et omne donum perfectum de sursum est descendens, a Patre luminum. Et cap. [illegible] non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena. Sic et Joannes Apocalypseos [illegible] vidi, inquit, sanctam civitatem Jerusalem novam descendentem de Caelo a Deo. Atqui ista dicuntur metaphorice e Caelo descendere, quod [illegible] singulari ratione [illegible] et caelestia, [illegible]: Ergo similiter Christus dici potest e Caelo descendisse, quod vir plane divinus, ac caelestis fuerit.

Sed [illegible] [illegible], [illegible] propono, eam pernego, quam colligunt Sociniani Discipuli [illegible] est ratio, quod modo protulimus. Exempla enim, quae adducuntur, rerum sunt, quae per se non moventur, qualitatum videlicet donorum spiritualium, ac civitatum. At perspicuum est, res, quae per se non moventur, posse metaphorico quodam sensu dici descendere de Caelo, quod a Deo auctore procedant; quia in eis [illegible] modus nullus est [illegible] [illegible]. Sed de personis non idem.

[illegible]. Dici potuit Christus e Caelo descendisse, quod solius Dei virtute in utero B. Virginis formatus fuerit [illegible]. Mirabilis enim, et supra naturae leges Christi conceptio. Atqui [illegible] dici potest e Caelo descendisse, cujus conceptio mirabilis fuit, et supra ordinarias naturae leges.

R. falsum esse, quod urgent primo. Nam Adamus habuit ea
ex parte quiddam amplius. Totus enim e manibus Dei prodiit: ad ef-
fingendum contra Christi corpus B. Virgo aliquid contulit. An
vero idcirco dicitur Adamus e Cœlo descendisse, nequaquam.
imo vero quando cum Christo confertus dicitur esse terrenus, Christus
vero cœlestis. Primus homo, inquit Paulus supra, de terra terre-
nus: secundus homo de Cœlo cœlestis. Ergo non ea de caussa Christus
esse dicitur de Cœlo, quod a Deo citra ullam viri operam profectus
sit. Ejus quod addunt infirmanda minor propositio est. Conceptio enim
Isaac, et Joannis Baptistæ supra naturæ leges posita fuit, et gran-
de miraculum: neque tamen idcirco dicuntur hi e Cœlo descendisse. Imo
Joannes se cum Christo comparans, qua par erat modestia, fassus
est, se quidem esse e terra, sed Christum e Cœlo venisse: qui est de terra,
inquit Joannis 3. v. 30. de terra est, et de terra loquitur, qui de
Cœlo venit super omnes est.

Argumentum alterum
ex Incarnationis descriptione.

Multiplex est in Scripturis locus, in quo describitur, qua ratione ver-
bum divinum humanam carnem induerit. Primus, et omnium illustrissimus est
Joannis Evangelii caput primo, ubi sic legimus cap. 1. = In princi-
pio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Ver-
bum = versu 3 = omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum
est nihil, quod factum est

[illegible]

1

PHILOSOPHIÆ

PARS PRIMA

SIVE

LOGICA minor, et major

A R. D. D. JOSEPH ATIMIS

CONCINNATA

ET AB EODEM

DICTATA

IN PUBLICO UTINI SEMINARIO